

ret archiorem, & paulo post princ. dicit, archiorem
vita preterit. Ad idem c. *Quia in insula*, ibi dura
est congregatio, *infra de stat. Monachor.* Atque ita
cum omnes religiones sint ordinatæ ad summum
finem, qui est charitas, per quam quis conjungitur
Deo, ut in Extravag. Joann. XXII. *Ad Constituta*
rem. vers. Cui enim, & sic hinc sit idem: solum archiorem
vivendi modum ponderamus; ideoque si
in una religione sit sola contemplatio cum acti-
simo vivendi modo, possibile tamen, & sine delin-
dendi periculo, non admitteremus transitum ad
religionem, in qua esset contemplatio, & actio etiam
per prædicationis officium cum laxo, vel mi-
nus arcto modo vivendi, quod tamen Theologi
admitterent secundum prædicta.] Hactenus verba
Joan. Andr. cum quo concordant hic Henric.
Borph. n. 16. Anton. de Butr. n. 6. mordens Theolo-
gos, qui volunt omnia scire, & nihil scire, Car-
din. n. 19. *vers. Tamen secundum Canonistas*, Anch. nu.
6. *vers. Dist. 10. Andr.* quod Canonistæ Abb. nu. 8.
& Jo. de Anan. n. 3. *vers. Canonista dicunt.* Summa
Rosella in verb. Religio 4. n. 5. in fin. & Angel. in verb.
Religiosus n. 34. Aude quod opinionem Canonis-
tarum servat curas; non enim permittit transitum
à religione in qua strictius, & durius vivitur ad
religionem, in qua vivitur laxius, ut canq; annexum
habet prædicationis officium; unde si Carthusi-
anus transigaret ad Prædicatores prætextu ze-
li perfectioris vite, puniretur tanquam apostata
convertito autem ex quacunque religione datur transi-
tus ad Carthusiam, ut in Extravag. *de regular. ubi*
Martinus IV. statuit ut nullus religiosus ordinum
Mendicantium quorumcumque, quavis auctori-
tate ad religionem nō Mendicantium audeat con-
volare, ordine Carthusiensium dumtaxat excepto
sub pena excommunicationis lata sententia
60 Papæ reservata: & ex hoc confunditur opinio
Passerel. in *privil. minor. cap. 39.* contendens ex
quacunque religione dari transitum ad religionem
Minorum, sed ex illa ad nullam aliam, eo quod sit
omnium arctissima ob votum quadragesimalis
vite, ut dicit Julius II. in ipsorum *privil.* Item dubia
redditur opinio D. Bonav. in *exposit. reg. Minor.*
c. 2. q. 32. & 13. tom. 1. Cordubæ in *eadem reg. c. 2.*
q. 17. *quod. 1.* qui idem affirmant de religione Mi-
nor. sed oppositum servatur in practica, nam &
Capucini passim transeunt ad Carthusianos pec-
tata licet non obventa suorum Superiorum licen-
tia. Item ut vides, obstat exceptio, de qua in præ-
dicta Extravag. Martini IV. Quæ quidem exceptio
aponi solet in omnibus privilegiis, & indulgiis
Apostolicis interdicens transitum ad alias re-
ligiones, & merito, quia licet Carthusiensium re-
ligio nō sit cæteris perfectior ex parte finis, quip-
pe quæ non est instituta ad officium docendi, vel
prædicandi, sed ad solam contemplationem se-
cundum ea, quæ dicta sunt supra. 41. & 52. tamen
arctissima clausura, ac velut perpetuus carcer, cui
sunt additi Carthusiensis, cum abstinencia à carni-
bus in quocunque casu præponderat omnibus
aliis religionum asperitatibus, ut dixi in c. *Ad Apo-*
stolicam n. 38. infra eod. & in c. Non est vobis n. 25. & n.
28. supra eod. ubi de transitu Cisterciensium ad Car-
thulianos, & quia in strictiori clausura perpetuo
61 vivunt etiam Eremitæ Camaldulenses, de quibus
mira hic tradunt Jo. Andr. n. 11. & Butr. n. 8. idcir-
co Eugen. IV. in Constitutione, quæ incipit illa
que, edita & Kalen. Novembris 1475. in Bullar.

tom. 1. pag. 274. indulgit Priori, & Fratibus eremi
Camaldulensibus, ut omnes, & singulos consueque
ordinis existant, & de quibuscunque Congrega-
tionibus, domibus, seu monasteriis, five mendican-
tium, five non mendicantium, etiam Carthu-
sienlis ordinis venerint, Superiorum ipsorum li-
centia petita, licet non obventa, in prædicta eremo
63 recipere, & retinere possint. Cæterum cum nostris
temporibus memorata eremus à rigore primavi
instituti plurimum declinaverit, & in transitu de
una ad aliam religionem non attendatur primava
institutio, & fundatio regulæ, sed præfens obfer-
vantia secundum ea, quæ dixi supra in 1. not. ab. sorte
non liceret rigore præfentis Indulgi ex ordine
Carthusiensis ad dictam eremum transvolare, sed
quia non ita pridem à san. me. Urbano VIII. facta
est unio Eremitatum montis Coronæ cum Ere-
mitis Camaldulensib. sub quibusdam capitulis,
de quibus in Br. vi. expedito sub die 8. Oct. 1634.
quæ paulo post fuerunt declarata in alio Brevi 13.
Aprilis 1637. & quia hujusmodi unionem novissi-
mè approbavit Sanctissimus Dominus Noster
Innocentius X. videtur subesse spes proxima re-
formationis tam celeberris Sanctuarii, ubi S. Peter
Romualdus illius fundator primus in occidente
vitam eremiticam introduxit, ut in primis literis
Urbani VIII. ac proinde videtur esse locus limita-
tioni Jo. Andr. de qua supra, n. 10.
64 Rursus in curia læpius vidi derogatum transi-
tum ex religionibus etiam laxioribus tam Mendican-
tium, quam non Mendicantium ad ordines
militares, quem tamen concederent Theologi
secundum ea, quæ dicta sunt supra. 43. Ad-
hæreas igitur Canonistis.
65 Sed hic QUERO An professus in laxiori re-
ligione teneatur adimplere votum simplex, quod
prius emiserat de intrando religionem archiorem.
66 Respondeo breviter, non teneri, quia votum
solemne, quo quis obligatur minori religioni, est
fortius, quam votum simplex, quo religioni ma-
jori attingitur. Post votum enim simplex, si con-
traheret quis matrimonium, non dirimeretur. sic
ut post votum solemne; & ideo ille qui jam pro-
fessus est in minori religione, non tenetur imple-
re votum simplex, quod emisit de intrando re-
ligionem majorem. Ita per hanc rationem docet
Sanctus Thomas in 2. 2. q. 189. art. 2. ad 3. quem re-
fert, & sequitur Turrecrem. in c. 11. in 4. quest. n. 4.
19. q. 3. Potest igitur talis remanere in laxiori, quia
per secundum votum solemne derogatum est primo
simplici, quod fecerat: tamen pro voto primo
non completo erit penitentia imponenda, ut c.
Qui post votum, de Regular. lib. 6. secundum Turre-
crem. ubi supra. Diversum est in eo, qui novit
religionem ingredi, & voto non completo factus est
Episcopus; per hoc enim non est solutus voto,
imo si suam velit sanare conscientiam, debet ce-
dere, & votum implere, ut est text. in cap. *Per 1100.*
infra de vot. S. Thom. diq. 189. art. 3. ad primam, & sic
nota differentiam inter matrimonium carnale, &
matrimonium spirituale, quod contrahitur inter
Episcopum, & Ecclesiam, ut in c. ult. & per tot. su-
pra. translation. Episcopi, nam primum derogat
voto simplici de intrando religionem,
secundum autem non.

DE REGVLARIBVS.

Cap. Significatum.

S V M M A R I V M.

- 1 **P**rofessus tacite an censetur qui ante annum decimum sextum ignorans defectum atatu expressam professionem emisit, & postea credens suam professionem validam in monasterio per plures annos in habitu regulari absque reclamatione perseveravit, & non seq. usque in fin.
- 2 Ignorantia presumptio non prodest nisi allegetur.
- 3 Professo tacita inducitur per delationem an male habitus indistincti, licet præcesserit expressa irrita, absque eo quod probetur scientia nullitatis professionis expressæ.
- 4 Ignorantia nullitatis professionis expressa an tacitam professionem excludat.
- 5 Professo tacita necessario requiritur consensus profitentis, & num. 19.
- 6 Actus censetur factus in executionem obligationis præcedentis.
- 7 Errant, & ignorant nullus est consensus, & num. 21. & 41.
- 8 Professo expressè emissa ab eo, qui falsò opinatur se iam esse professum, an valeat, & n. 42.
- 9 Votum demò factum propter dubium validitatis prioris voti an obliget, & n. 3. & 42.
- Matrimonij confirmatio à principio invalidi an requirat certam notitiam amotionis obligantis, ibidem, & num. 46.
- 10 Matrimonium contractum cum ancilla ignoranter, ea viro ignorante mansuissa, non convalescit per copulam subsequentem, & n. 26.
- 11 Actus continuatus censetur unus per relationem ad principium sui temporis.
- 12 Rati habitus actus invalidi an requiratur scientiam nullitatis cum qualitatibus, & voluntatem eam sanandi, & num. 41.
- 13 Approbare, & credere esse validum in quo differant. Vovens ante pubertatem, si post pubertatem votum ratificet credens esse validum, an obligetur coram Deo, ibidem, & num. 42.
- 14 Ordinatus per metum, si ordinem exerceat ignorans nullitatem, an censetur ratificare.
- 15 Donatum monasterio ob causam erroneam validitatis professionis potest repeti.
- 16 Falsa causa non obligat profitentem, & num. 29. & seq. & num. 41.
- 17 Presumptio tacita professionis per delationem habitus anmalem an admittat probationem in contrarium, & num. 40.
- 18 Ignorantia non currit tempus.
- 19 Professo tacita non requiritur consensus expressum, sed sufficit tacitum, & presumpsum.
- 20 Presumptio taciti consensus ex delatione habitus habet locum etiam cum præcesserit expressa professio irrita.
- 21 Ignorantia, & error an, & quando excludant voluntariam, & num. seq. & num. 41.
- 22 Ignorantia antecedens, & concomitans qua fit.
- 23 Voluntas non fertur nisi in præcognitum.

- 24 Matrimonium contractum per errorem, an, & quando sit nullum, & num. 27.
- 25 Ignorantia an sit antecedens, vel concomitans quibus regulis cognoscatur.
- 26 Matrimonium nulliter contractum, si coniuges alidum credentes se commiserunt, an, & quando convalescat, & num. 28.
- 29 Actus factus ex causa erronea an, & quando sit nullus, & num. 38.
- 30 Falsa causa obligat religioni ubi constat de intentione profitentis.
- 31 Professus nulliter an presumatur perseveraturus fuisse in Religione, si nulliter scripsisset.
- 32 Mens, & voluntas declaratur etiam ex actu nulliter gesto. Voluntas mutatio in Monacho non presumitur nisi probetur, ibidem.
- 33 In voluntate perseverantia discernenda magis spectatur intrinsecum quam factum postea subsequutum.
- 34 Voluntas mutatio non potest esse integra, & in præiudicium alterius.
- 35 Errans an presumatur facturus fuisse si scripsisset quando ex actu oritur obligatio, & n. 38.
- 36 Restitutio in integrum minori seducto ad professionem non datur.
- 37 Solutum indebitè repeti non potest quando à pietate causatur error.
- 39 Annus probationis institutus est ut religio probeat mores novitij, & novitius austeritatem religionis. Presumptio tacite professionis inducitur ex delatione habitus ultra annum est iuris, & de iure, nec admittit probationem in contrarium, ibidem.
- 43 Minor quatuordecim annis de iure communi non obligatur religioni nisi factus maior ratum habuerit.
- 44 Professo facta ante annum probationis etiam de iure communi in ordinibus Mendicantium nulla erat.
- 45 Professus allegans se non habuisse animum profitendi non auditur.
- 46 Professo emissa uxore contradicente ea mortua validatur, si vir per momentum temporis steterit in monasterio licet illius mortem ignoraverit.
- 47 Professo nulla convalescat per solam ratificationem profitentis absque nova acceptatione religionis.
- 48 Monachorum creatio spectat ad Abbatem, & Capitulum.
- 49 Superiores regulares allegantes ignorantiam atatu novitij non sunt audiendi.

SIGNIFICATUM. Minor quatuordecim annis proficendo non obligatur religioni, nisi factus maior ratum habuerit. Hoc dicit. Sunt duæ partes. Prima ponit consultationem. Secunda responsum, ibi, Mandamus, & hæc distinguit, & secundum membrum prosequitur, ibi, Si autem.

Nota primo de iure communi ad validitatem professionis regularis exigi annum ætatis decimum quartum completum. Et in hoc malitia non supplet ætatem, ut perperam putavit Hugo ad exemplum matrimonii carnalis, ut in cap. *De illis, il secundo, de spons. impuber.* Cujus opinio reprobat in hac decretali, & in cap. *Ad nostram, supra eod. ubi exigitur aius decimus quartus comple-*

pletus, seu consummatus, ut post Philipp. dicitur hic Jo. Andr. in princ. in ver. *Compleverit*. & Abb. nam. 4. & notatur in cap. *Resoluto*, in glo. 1. in fine eod. Ratio diversitatis est, quia de majori præjudicio, seu obligatione agitur in professione, quam in matrimonio secundum Abbatem. Et propterea ubi est dara Congregatio Monachorum, videmus requiri plenam pubertatem, id est annum decimum octavum, ut in cap. *Quia in insulis*, supra eod. Hodie ex decreto Concilii Tridentini in c. 15. sess. 25. de Regular. In quacumque religione tam virorum, quam mulierum professio fieri non potest ante decimum sextum aetatis expletum, & professio antea facta est nulla. Unde quæ deciduntur in hac decretali de minori, vel majori quatuordecim aetatis hodie locum non habent nisi in minori, vel majori aetate decidim.

Secundo nota professionem factam ante aetatem legitimam validari si major factus eam ratificaverit, & si tractu temporis convalescit quod de jure ab initio non valuit, contra regulam, *Non firmatur, de regul. jur. in 6.* & l. *Quæ ab initio*, ff. eod. Sed dicendum hoc casu professionem ab initio nullam non firmari ex solo cursu temporis, sed ex novo consensu post sublatum impedimentum, seu ut Butr. inquit nu. 9. ex nova causa confirmante. Atque ita valet professio non ex tunc, sed ex nunc, ut verbis glossæ utat hic in ver. *Ratam habuerit*. Simile in l. *Observare*, in fin. ff. de offic. Procons. Sufficit autem tacita ratificatio, quæ elicitur ex perseverantia ultra annum in monasterio cum delatione habitus regularis post aetatem legitimam, argum. cap. *Litteras*, & cap. *Accessit*, de despons. impuber. & est casus formalis in cap. 1. hoc tit. c. 6. & tenet hic gloss. præleg. Innoc. qui verbum, *ratam*, exponit expressè, vel tacite ultra tempus morando, Abb. Antiqu. circa med. Holl. mem. 1. in verb. *Ratam*, Butr. num. 7. Abb. num. 6. & latius dicam infra num. 19. & seq.

QUÆRO an is qui ante aetatem decimum sextum ignorans defectum aetatis expressam professionem emisit, & postea credens suam professionem validam in monasterio per plures aetates in habitu regulari absque reclamacione perseveravit, censetur tacite professus, necne.

Status questionis est super ignorantia non juris, sed facti, videlicet cum ignoratur factum ipsum, hoc est defectus aetatis, ex quo nullitas professionis oritur. Pro faciliiori autem dubij solutione duo casus sunt distinguendi.

Primus est cum nec professus, nec Superior regularis deducit ignorantiam nullitatis professionis expressè: queritur enim an nihilominus ut sit locus tacite professioni, de scientia nullitatis ex parte utriusque constare debeat. Et hic primus casus parum habet difficultatis: nam est regulariter præsumatur ignorantia ubi scientia non probatur, ut in cap. *Presumitur*, de regul. jur. in 6. & in l. *Verius*, ff. de probat. tamen hæc præsumptio allegari debet, ut est textus in l. *Si adulterium*, §. *Videm* Pollioni, ff. de adulter. & tradunt Bald. & alii rellati à Menoch. de presump. lib. 1. presump. 48. num. 3. & 4. Unde quamvis ignorantia nullitatis professionis expressè tacitam professionem excluaderet, quæ de re inferius ageretur: tamen absolutum est hanc ignorantiam non præsumi, aut non prodesse nisi allegetur. Atque hæc opinio clarè probatur in cap. 1. de Regular. in 6. ubi patet per dela-

tionem aetalem habitus indistincti induci tacitam professionem, licet præcesserit expressa professio irrita: nec ulla ibi fit mentio de scientia hujus nullitatis, & id ipsum constat ex hac decretali: & alioquin delectationes S. Congregationis Concilij, quæ in hac ulque diem semper respondit, eos qui ante aetatem professi sunt, post legitimam aetatem in religione per aetatem per se severaverint: ceteri tacite professos, atque allegatos religioni: nec unquam requisivit, an scirent nullitatem professionis expressæ.

4. Secundus casus est, an cum ignorantia ex parte professi, vel religionis deducitur, per eam excludatur tacita professio, nec ne. Et in hac questione, quæ admodum gravis, & difficilis est, si solum auctoritate Doctorem esset deferendum, absolutum esset posita hujusmodi ignorantia numquam posse induci tacitam professionem. Ita enim primus forte omnium sentit Navarr. conf. 23. Petrus, num. 2. conf. 259. Cum de iure, num. 6. de Regular. & conf. 9. N. nobilit. Quodmet. caus. atque alii: quibus in locis questionem paucis absolvit, & ubique citat Cardin. Cajetan. 2. 2. q. 189. art. 5. De ejus tamen doctrina inferius dicemus, & idem Navarr. in manual. cap. 12. num. 71. Cujus sententia postea sequitur l. Moderni omnes quæ quot de hac materia scripserunt, & multos rellat Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 37. num. 59. Imò imò imò sapienter probavit Rota, & præsertim in causa *Cremonen. pensionis* 5. Martij 1582. coram de Rubens: eum tamen per contraria nullus allegetur. Sed quia iuriconsultum non decet moveri simplicitate Doctorem auctoritatis, sed legibus, & rationum momentis, ut cap. *Ego solus*, 9. disp. & Sac. Congregatio Concilij hactenus semper exiltimavit Navarr. opinionem esse valde dubiam: idè videtur abs re non esse ut rationes utriusque sententia diligentius expendantur.

5. Opinio igitur Navarr. nititur hoc præcipuo fundamento: nam constat apud omnes ad professionem tacite inducendam necessario requiri consensum profitentis, ut hic, & in cap. *Sicut tenor*, & cap. *Consulit*, infra eod. cum similibus. Is autem, qui post professionem expressam nullam per annum deserit in Religione habitum regularem, duobus tantum modis potest intelligi consentire tacite professioni, id est, aut quia intendit iterum profiteri, aut quia intendit priorem professionem ratam habere, ut patet in cap. 1. ibi, [Professionem per hoc fecisse, vel si quam prius fecerat ratam habuisse videtur,] inf. eod. lib. 6.] At neutro modo videtur consentire is, qui ignorat nullitatem professionis expressæ.

6. Et quidem non primo modo: nam cum opinetur suam professionem expressam fuisse validam, sequitur jam esse religioni alligatum, utique non intendit iterum profiteri. Sed in religione perseverat tamquam professus non tamquam profensus, censeturque habitum deserre in executionem obligationis præcedentis, arg. l. 4. §. *Si ab ignoto*, ff. de manumiss. cum similibus, ut plenè per Alexan. conf. 90. n. 9. lib. 3. & Menoch. lib. 3. presump. 49. num. 4. & ex causa necessaria potius, quam voluntaria, ut l. fin. cum ibi notat per Bart. ff. de alim. pupilla. prestand. & per Abbat. conf. 116. in fine, 7. lib. 2. Atque ita pergit in primo consensu nullo, & opinione erronea, quæ ad tacitam professionem non

non sufficit; cum errantis, & ignorantis nullus sit consensus, l. *Non videtur*, C. de iur. & facti. ignorans, nihilque sit tam contrarium consensui, quam error, l. *Si per errorem*, ff. de iur. iust. omn. iudic. cum concord. Quinimò ob hanc rationem nova professio etiam expressis verbis facta ab eo, qui ignorat nullitatem professionis præcedentis, est nulla, quia censetur fieri sub credulitate illius professionis, atque ita ex falsa causa, per quam contractus vitatur, l. *Si divorcio*, ff. de verb. obligat. & tenent rellati à Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 34. num. 2. Et ideo si quis dubio motus an votum à se emissum fuerit validum, ob id deinde vocat, non tenebitur ad votum ubi sciverit votum præcedens fuisse nullum, eo quod non censetur habuisse absoluteque vovendi animum, sed ex suppositione falsa validitatis prioris voti, ut post Corndub. Manuel. & Vegam similiter tradit Sanchez disp. 16. num. 7. & in matrimonio carnali idem scripsit Anchar. in conf. 230. num. 3. ubi ait, ad confirmationem matrimonij à principio invalidi inducendam propter solum temporis cursum requirit certam notitiam amotionis obstaculi præcedentis: alias [inquit] continuatio, & etiam copula referretur ad principium, & consensum erroneum; & similiter gl. in cap. fin. in ver. *Nec falso*, de coning. servor. [Pone [inquit] quod aliquis contraxit cum ancilla ignoranter, & dominus postea illam manumittit viro ignorante, numquid est matrimonium? dice quod non, quia adhuc commiserat ei ex priori consensu, qui nullus fuit.] Idem tradit gloss. in cap. 1. de eo qui dux. in matrim. in ver. *Inscia*, & ibi Innoc. in fine.] Nam ex consuetudine [inquit] prioris consensu videtur ignorans cognoscere; & sequuntur ibidem Holl. Jo. Andr. Butr. Cardin. & alii communiter.

Et confirmatur ex doctrina Anchar. d. conf. 230. sub num. 3. ubi sic ait: [Actus qui habet tractum successivum, & continuatum censetur unus per relationem ad principium sui temporis, l. *Item quis*, §. *In popularibus*, ff. de iur. iur. ideoque consensus mulieris, quæ credidit matrimonium fuisse validum, habuit semper relationem ad principium contractus, & continuatio, credulitas descendit ex erroneo principio, & fundamento nullo: ergo est nulla postquam trahit principium ab errore.] Hactenus Ancharanus. Erhinc est, ut in Bulla Cruciatæ, qua conceditur Commissario potestas dispensandi cum iis, qui in gradu prohibito ignoranter contraxerunt, conlueverit apponi clausula infra scripta, nempe, (altero impedimentum ignorante prius de nullitate prioris consensu certificato.) Quod indicat scientiam nullitatis esse necessariam ad hoc, ut matrimonium novo consensu perficiatur, ex quibus constat tacite in matrimonio spirituali eum, qui credit se esse alligatum religioni, cum non consentire primo modo, id est non habere voluntatem iterum profiteri. Sed nec potest censeri consentire secundo modo, id est ex eo quod intendat priorem professionem irritam ratificare. Tum quia quod nullum est ratum haberi non potest, cap. *Auditus*, ubi notatur, de elect. Oldrad. conf. 330. Ad idem videtur, n. 2. Tum quia non potest haberi ratum quod ignoratur, l. *Mater*, ff. de in off. testam. substantia enim ratificationis est scientia, secundum Bald. conf. 176. *Presumitur*, in ver. *Item quia non apparet*, lib. 2. l. deoq; ignorans actum, quem ratificat, nihil agit,

1. *Quæritur*, in princ. ff. rem rat. habet. Cardinal. conf. 44. Quod ratificatio, num. 4. & seq. & requiritur scientia juris, & facti. Bald. conf. 322. *Pudus*, vers. *Præterea*, lib. 2. Quinimo ad validitatem ratificationis requiritur non solum notitia actus, qui ratificatur, sed etiam illius qualitatem, secundum Paul. de Castro conf. 465. *Viso compromisso*, col. penult. lib. 1. Crauetz. conf. 197. *Quamquam*, col. fin. prope fin. Quamobrem est qui perseverat in religione sciat se professionem expressam emisisse, quia tamen nescit illam fuisse irritam, ratificationis nihil operatur. Præsertim quia hoc casu non agitur de scientia simplicis qualitatis professionis expressæ, sed de substantia, & validitate illius. Ad ratificationem autem contra hunc irriti requiritur scientia nullitatis, & voluntas eam sanandi, alioquin ratificatio nulla est, ut tradit Gemin. conf. 128. *Factum tale est*, n. 7. vers. *Adultum*, & Alexan. conf. 135. in princ. vers. *Nec obstat*, lib. 7.

13. Ideoque Cajetan. in 2. 2. q. 89. art. 5. [Scito [inquit] quod aliud est approbare, seu ratificare, & aliud est credere esse validum, & propterea habere intentionem adimplendi: nam approbare, & ratificare ad actum spectat voluntatis, quia quis vult nunc quod olim voluit. Credere autem esse validum spectat ad intellectum. Intendere autem exequi, quia præsupponitur validum, licet spectet ad voluntatem, nihil tamen facit ad ipsum votum, sed solum ad executionem voti, quæ respicit; & ideo si aliquis ante pubertatem simpliciter voto voverat, & postea in legitima aetate considerans suum votum credens illud esse absolute validum, intendit illius illud adimplere, non propterea coram Deo ratificavit, aut approbavit.] Hæc Cajet. Et idem ante ipsum censuit Sylvest. in ver. *Matrimonium* 4. num. 10. prope fin. his verbis: [Si quis ante aetatem pubertatis faciat votum religionis, non obligatur ad tale votum major factus, nisi illud ratificaverit. Quod si faceret credens se obligatum, alias non ratificaturus, non tenetur ad illud.] Quod etiam probatur exemplo sacri Ordinis: nam si quis per metum ordinatus fuerit, si postea illum Ordinem exerceat ignorans se ad illius observantiam adstrictum non esse, non censetur ratificare, ut per Navarr. conf. 4. in ver. *Quidam*, num. 8. & 9. de us. quæ vi. met. cau. & ob id si quis ob causam professionis emisit aliquid donaverit Ecclesie, vel monasterio, quia credidit professionem valere, & non valuit, repetit donatum, ut per Calderin. conf. 4. 2. alias 2. de Regular. Etiam censuit S. Congregatio Concilij, Quocirca si donatio bonorum facta monasterio sub credulitate validitatis professionis est nulla, multo magis nulla erit donatio, & obligatio siuipsum. Quo

14. argumento utitur in puncto gloss. in d. *Dei sunt*, in ver. *Si affectus*, vers. *Item cum clericus* 19. q. 2. *Falsa enim causa non obligat profitentem, secundum Gemin. conf. 52. num. 3. vers. Ad idem.*

15. Neque his videtur oblatre quod contra præsumptionem, quæ surgit ex delatione habitus indistincti per annum, non admittatur probatio in contrarium, cum sit iuris, & de jure, ex notat. in c. 1. de Regular. in 6.

17. Respondetur enim admitti tamen probationem indirectam: nam cum ad eam præsumptio inducendam semper certæ qualitates desiderentur, probari poterit aliquam ex dictis qualitatibus de-

contrahentes pervenerint ad ratem legitimam, licet ex matrimonio servitus conjugalis inducatur, quia voluntas durata presumitur, Alex. *conf. 146. in causis n. 16. lib. 5.* ubi quod voluntas contrahentis matrimonium, licet nulliter, non presumitur mutata nisi à die, quo apparet mutata; & idem ratificatio absentis ante mutationem convalidat matrimonium, & in terminis professionis notat *glos. in cap. 1. in ver. Non timore, supra Quod met. can. Quod procedit etiam longum tempus elapsum fuerit, l. Sancimus, ubi *glos. in 3. notab. C. de res. ann. & tradit post alios Menoch. lib. 6. presump. 37. n. 28.* Si quidem nihil est quod persuadeat senel professionem à proposito religionis voluisse recedere neque enim, ut supponitur in dubio, anquam reclamavit, imò plures actus gessit indicantes continuationem ejusdem voluntatis, quales sunt delatio habitus indistincti, actus professionum, & plurium annorum perseverantia. Quis ergo cogit non pronuntiare, si is servisset nullitatem professionis non perseverasset? Quippe is qui ante annum quantum se fuit valide promittere voluit, quamvis non esset prius religioni obligatus, cur elapso anno valide non profiteretur, cum medio tempore nihil gessisset in contrarium, imò plura fecerit, que ostendunt propositi perseverantiam? Dicenti ergo voluntatem mutata omni probandi incumbit, juxta text. in d. 1. *Eum qui, atque ita in specie de Monacho tradit Menoch. de presump. 37. num. 6. & Dec. in cap. in presentia, num. 28. de probat.**

Sed objicies primo, Professus cum primum seivise non esse obligatum religioni, reclamavit, Ergo presumitur idem facturus fuisse si antea hoc seivisset, cum ex facto subsequuto animus perseverans declararetur, cap. *Constat, & ibi *gl. in ver. Si stans, l. 1. c. Perrenis, & ibi *glos. l. 1. 18. dist. 1. *glos. l. 1. in c. Quod autem, 2. 2. q. 2.****

At respondetur hoc casu magis attendendum esse initium voluntatis, & terminum à quo, quam finem, & terminum ad quem. Tum quia presumitur quis perrexisse in eadem voluntate usque ad diem mutationis, ut dictum est supra proximè. Tum quia ex delatione habitus annali jus elicit consensum necessarium ad tacitam professionem presumptione juris, & de jure, ut inferius dicitur. Reclamatio autem subsequens habet juris resistenciam, unde consensus prælitus ab initio magis influit in perseverantiam voluntatis quam in hanc reclamatio subsequens in mutationem ejusdem voluntatis. Præsertim quia continuatio sequitur immediate post consensum ab initio prælitum, reclamatio autem multo post. Quo casu magis urget presumptio perseverantia, ut declarat *Menoch. de presump. 37. n. 9.* Deinde respondetur reclamacionem post perseverantiam annalem in religione non esse attendendam, quia res non amplius integra eo enim ipso quod completus est animus post professionem expressam nullam, Canones inducunt professionem tacitam, *c. in princ. de regul. lib. 6.* unde reclamatio subsequens tempore in habili non influit in voluntatem antecedentem, ut patet ex negativis per *gl. & DD. in c. Publicato, de elect. Cum enim actus tacite professionis inter professionem, & Religionem sit ultra citroque obligatorius, ut notatur in c. *Perrexit, in fr. eod. mutatio voluntatis professi re non amplius integra nihil prodest, quia nemini licet mutare voluntatem**

inderrimentum alterius, *l. Sicut, de ad. & obligat. & declarat loc. cit. Menoch. lib. 3.*

Objices secundo quod si quis error talis est, ut si verum esset quod creditur per errorem, orta esset obligatio ad aliquid agendum; tunc qui fecit, presumitur non facturus si seivisset, *text. est in l. Si cum res, de pact. ubi falso existimans se debere legatum Titio, & idem mandans debitori suo ut ei solvat, sibi non præjudicat.*

Sed hoc obiectum tollitur, quia non procedit in obligatione, que fit per solemnem professionem. Unde minor quamvis dolo seductus restituitur, tamen si per dolum, & circumventionem inducatur ad prohtendum, non restituitur, secundum *glos. in c. Cum dilectus, in ver. Ad servitorem, supra, Quod met. can. C. in spiritualibus, inquit, non habet locum in integro restitutio, quia non videntur decepti qui meliorem vitam elegerunt, & Abb. ibi ait illum esse dolum bonum, & jura non lubvenire nisi contra dolum malum, & in c. *Cum vitan, n. 6. in fr. eod. ubi ait: [Respectu professionis non potest dici minor deceptus, vel solus, cum serviat ei cui servire regnare est. Unde fit ut quamvis dolo datus causam contractui faciat, in voluntarium, ita ut contractus sit nullus; sed tamen sit in professione ut est textus expressus in c. *Constitutus, 20. q. 3. & tradunt *glos. Abb. locis citatis. Et****

eadem modo quamvis credens se teneri, si solvat, possit solum repetere conditione indebiti, *l. 1. c. Per tot, ff. de condit. indebit. hoc tamen non procedit si error causetur à pietate, ut est textus singularis in *l. Cambis, §. penult. ff. eod. ubi Julianus ait: Si in ea opinione sit mulier, ut credat se pro dote obligatam, quidquid dotis nomine dederit, non repetit; sublata enim falsa opinione, relinquuntur pietatis causa, ex qua solum repeti non poterit, atque ibi Bart. & alii notant cessare repetitionem indebiti soluti quando à pietate causetur error.**

Deinde tollitur idem obiectum, quia non habet locum quando præcedit actus declaratorius voluntatis, quod quis voluerit se obligare, ut hoc casu, in quo professus jam declaravit per professionem expressam se velle obligare se religioni. Tunc enim quamvis ex novo actu, id est ex perseverantia nonnulli inducatur obligatio; tamen quia obligatio illa non est præter ejus intentionem, non facit, quominus ipse præsumatur voluisse tacite profiteri, ut declarat *Alexan. conf. 146. n. 13. lib. 5.* Idque patet ex exemplo matrimonii carnalis, in quo ignorantia nullitatis matrimonii præcedentis non impedit quia conjuges obligentur per novum consensum quotiescumque si nullitatem seivissent, nihilominus contraxissent, ut superius dictum est.

Objices tertio, Quamvis professus verisimiliter in religione perseverasset, etiam si seivisset nullitatem suæ professionis, & sic illius ignorantia censetur concomitans, & non exclusiva consensus: tamen id procedit ex verisimilitudinibus, ac presumptionibus. Idcirco enim Doctores quosdam constituerunt regulas, quibus hujusmodi verisimilis consensus deprehendi possit, ut superius diximus. Unde nihil prohibet quin hæc presumptio tolli possit cõtrariis conjecturis, & argumentis, idque tam ex parte religionis, quam professi: Ponamus enim novitum durante aqno probationis quâdo adhuc expelli poterat, probe se gessisse sed post emissam professionem expressam, quam

credite validam, sublato expulsiõis metu, illicò apparuisse discolum, inobedientem, & religiosè pacis turbatorems atque ita veluti incorrigibilem perseverare integro anno, unde jura cunctum præsumptionem consensu ad tacitam professionem inducendam. Certè si religio seivisset illius professionem expressam fuisse nullam, verisimiliter nõ porrexisset eum in religione retinere, sed potius è monasterio eiecisset cognitis illius moribus, ad quos probandos tempus probationis à SS. Patribus indultum est, juxta c. *Ad Apostolicam, in fr. eod. E converso ponamus Superiorem regularem infra annum redire poterat, cum eo blandè, ac benignè egisse; sed postquam credit religio aligatum per expressam professionem, rigidè, atque indirectè tractasse, eumque omnibus regulæ austeritatibus exercuisse adeo, ut sic professus pluribus signis, & argumentis ostenderit se penituisse antecessis professionis, cum in subdium fragilitatis humane spatium probationis fuerit regulariter inlicitum, ut & novitius regulæ austeritatem experiat, c. *Non solum, de regular. in 6. & d. c. Ad Apostolicam, C. quod superioribus annis contigit in quibusdam religiosis, qui novitium valde divitem exquisistis illecebris, ac blandimentis facerem, ac melle nutriebant, sed post emissam professionem tam severe tractaverunt ut eum prioris propositi penituerit. licet serò ac re non integra) certè ex hoc liquiddo apparebit sic professum si nullitatem suæ professionis seivisset, in religione non fuisse perseveraturum, & sic illius errorem antecedentem fuisse, & non concomitantem.**

Verum hæc obiectio tollitur, quia postquam nulliter professus in legitima etate constitutus per aqum absq; reclamacione perseveravit in religione, ut supponitur in dubio, postea nec ipse, nec superior religionis admitti possunt ad probandũ defectum consensus in tacita professione ap præscriptum sacrorũ Canonũ inducta, ratio est, quia presumptio tacite consensus, quæ elicitur ex perseverantia annali cum delatione habitus indistincti in religione post legitimam etatem est juris, & de jure, ita ut non admittat probationem in contrarium; quod constat ex verbis d. c. 1. *de Regular. in 6. ibi, (quia verò post decimum quartum annum habitum religionis assumpserit, si per annum illum gesserit, ex tunc religionem assumpsit presumitur veraciter esse professus,) & tradit *gl. in c. Ex parte in ver. Per annum, in fr. eod. Qui ergo, inquit, post annum remanet in habitu monachali, & non reclamatur, intelligitur tunc ipso facto tacite vovete, unde postea exire non potest, imò compellitur expressè profiteri, & hæc est presumptio juris, & de jure, ita quod non admittatur probatio in contrarium, ex quo nullus præcessit protestatio. Hæc *gl. atq; idem tradunt in d. c. 1. Jo. Monach. in ver. Presumitur, Prob. in addit. Gemin. & Anchar. & sequuntur alii consueverunt in d. c. Ex parte, Præsertim verò quia quando superior, vel professus petunt se admitti ad probandum se non præstitisse consensum tacite professioni propter ignorantiam nullitatis professionis expressæ, hæc probatio proprie dicitur directa, quia Canones ex delatione habitus annali elicitur consensus, & ipsi intendunt probare hunc consensum nõ intercessisse, atq; ita non agitur de***

probatione defectus alicuius qualitatis ad tacitam professionem requisitæ, quæ dicitur probatio indirecta, sed ipsius consensus, quæ professio tacite à jure substantialiter inducitur. Hanc autem directam probationem nisi præcesserit protestatio manifestum est numquam admitti cõtra presumptionem juris, & de jure, ut declarat *Menoch. in contrarium allegatus lib. 1. presump. 65. colligitur, ex *gl. & aliis supra citatis. Et eo magis, quia text. in Clem. Eus, de Regul. non utitur verbis presumptionem importantibus, & legem novam inducentibus. (Eos, inquit, qui deinceps in discretione constituti etate novitium habitum in aliqua religione per annum portaverint hoc ipso religioem illã decernimus esse professos, ponderando verba deinceps, hoc ipso, & decernimus, & hoc esse statutum Papæ, quod pro veritate habetur, dicit Vitalis, ibi n. 39.**

Nec videntur obstare adducta in contrariũ quoniã inritentur huic fundamento, quod credens se esse legitime professum, errat; ideoq; non habet consensum, qui necessario ad tacitam professionem requiritur. Ad quod patet reponio ex supradictis, procedit enim aut in errore, seu ignorantia antecedenti, id est eius rei, quam quis non fecisset si seivisset, ut in errore, seu ignorantia concomitante, quæ versatur principaliter circa rem, de qua agitur, ut superius explicavim⁹ ex mente D. Tho. & aliorum, & ad has duas species erroris, & ignorantia spectant regulæ illæ, quod errantis non sit consensus, nihilque magis sit contrarium consensu, quàm error, quod dolo dans causam contractui vitiet contractum, quod falsa causa non obliget profitentem, quod ratum haberi nõ possit quod ignoratur, & aliz id genus. Unde etiã patet opinionem recentiorum quod consentiens, aut vovens sub credulitate valoris prioris matrimonij, aut voti non obligetur ex secundo, non posse defendi nisi in casu, in quo ignorantia esset antecedens, id est si vovens seivisset se nulliter novisse, iterũ non novisset, & idẽ dicendũ in matrimonio.

Doctrina verò Cardinalis Cajet. 2. 2. q. 89. art. 5. in qua Navar. præcipue se fundat, si diligenter expendatur, non videtur obstare huic conclusioni: nam qui votum nulliter emisit, si illius intendit illum adimplere credes esse validum, nõ propterea, ut ait Cajet. censetur, coram Deo ratificare; quod est verissimum, quia nullibi cavetur, ut executio voti præcedentis novum votum inducat, cõ aliud sit vovete, aliud votum adimplere, secundũ *Cajet. ibid. At secus est in professione, quia jura decernunt, ut qui fecit professionem nullam, si postea deferat habitum indistinctum per annum, presumatur veraciter esse professus, ut in d. c. 1. *de Regul. in 6. Nõ licet igitur arguere; Qui exequitur votum credes esse validum nõ censetur denuò vovete: ergo & qui differt habitum regulare per annum credens suam professionem esse validam non censetur denuò profiteri quia in hoc secundo casu sacri Canones novam professionem inducunt, cum tamen non inducant novum votum per executionem voti præcedentis. Imò ratio Cajet. concludit etiam in eo, qui seivit, & considerat votum suum fuisse nullum, adhuc enim non censetur denuò vovete ex eo quod votum servet, cum adimplere votum non sit vovete, & tamen diversum est in professione; nemo enim negat quin professus nulliter, si sciens nullitatem suæ professionis**

siens perseveret per annum in religione, efficiatur tacite professus; de hoc enim est casus apertus in d. c. 1. Ac præterea Cajetanus loquitur in foro conscientie, ut patet in illis verbis, Non propterea coram Deo ratificavit; & ita etiã seipsum explicat Naar. in c. Statuimus. n. 72. vers. Quod est verum. & n. 75. vers. Quoniam autem. & in d. cons. 23. n. 2. & cons. 89. vers. Hoc certum esse videtur quoad forum conscientie, & coram Deo, qui omnia novit, & nihil ignorat. Licet rationes supra adductæ pro hac parte concludant tam quoad Deum, & in foro animæ, quam quoad Ecclesiam, & in foro judiciali. Sylvester autem est potius pro hac sententia, dum ait; Is qui credit se esse obligatum ad votum, si illud ratificet aliàs non ratificaturus, non tenetur ad illud: verba enim illa, aliàs non ratificaturus, à contrario inveniunt, ut si aliàs rataturus esset, obligaretur ex ratificatione.

Atque ex his omnibus satis liquet posteriorem hanc sententiam, etiam auctoritatibus fere destitutam, solidioribus tamen rationibus, ac iuris esse munitam, atque armatam sed quatenus esset solum dubia, videtur tamen valde esse ut eam amplectatur S. Cong. ad pacem, & quietem in religiosis conservandam, quemadmodum hactenus visa est eam tacite amplecti fuisse, cum ad hæc usque tempora hanc ignorantie exceptionem nunquam admisit in casibus contingentibus, ob quam quidem rationem credendum est sacros Canones noluisse hanc exceptionem ignorantie contra tacitam professionem admitti posse. Quod colligitur ex duplici consideratione. Prima est quod est passim apud Canones reperitur tacitam professionem induci per lapsum unius anni, cum habitus indiffinitè delatione, etiam si præcesserit expressa professio irrita: nullibi tamen habetur mentio scientie nullitatis dictæ professionis, & tamen non est verisimile ut hoc requisitum sit necessarium fuisse, prætermisum fuisset à sacris Canonibus, ut ignorantia nunquam fuerit allegata. Et mirum est etiam quod de scientia huiusmodi nullus ex Doctoribus, quos vidimus quidquid tetigerit ante tempora Nauarri. Quod ferè nos cogit credere hanc exceptionem ignorantie nullatenus esse Sacris Canonibus consentaneam. Neque dicatur ideo nec Canones, nec Doctores hanc questionem olim tetigisse, quia ante decretum Concilii Trid. in c. 15. sess. 25. de Regular. professio emissa ante ætatem legitimam, vel annum probationis expletum non erat nulla: imò enim de iure communi nulla erat professio facta ante decimum quartum annum, ut est textus expressus hic, & supra in c. Ad nostram, & ibi Abb. in l. & 4. not. & in c. Cum simus, infra eod. in c. 1. eod. tit. in 6. & in r. m. 1. Illud autem, 20. q. 1. & similiter professio facta ante annum probationis in omnibus religionibus Mendicantium, etiam ante Concilium, nulla erat, ut constat ex c. Non solutus, & c. Constitutio, de regul. in 6. Itaque hæc obiectio non tollit vires primæ considerationis: superius factæ, nempe quod Canones, aut Doctores fecissent atique mentionem de huiusmodi scientia, si illa fuisset necessaria.

45 Secunda consideratio est, quia sacri Canones contra præsumptionem tacite professionis noluerunt admitti posse probationem quod professus non habuerit animum, & consensum proficendi, ut probatur in c. Quod interrogasti, 27. dist. ubi

mulier quæ velum regulare suscepit, & finxit se sub eodem velamine sanctimoniali esse, prohibetur nubere, & cogitur in monasterio perseverare: & in c. Vidua de regular. ubi mulier quæ facrum velamen assumpsit, si velit probare se illud non assumpsisse animo proficendi, non auditur. Quod etiã ducto argumento à matrimonio carnali ad spirituale efficaciter probat text. in c. Ad id quod, de sponsal. his verbis: [Quamvis undecim annos habens ab initio invita fuisset ei tradita, & renitens; tamen quia postmodum per annum, & dimidium sibi cohabitans consensisse videtur, ad ipsum est cogenda redire, nec de cætero recipendi sunt testes, si quos memorata mulier ad probandum quod consenserit ad eundem nominaverit producendos, cum mora tanti temporis eiusmodi probationem excludat. Si ergo contra hanc præsumptionem Canones noluerunt admitti posse probationem defectus consensus; credendum est ut similiter noluerint admitti posse probationem ignorantie. Nam propter quod est unumquodque, & illud magis, Authent. Multo magis, c. de sacrosanct. eccles. Probatio autem ignorantie si admitteretur, utique admitteretur propter defectum consensus, quem præsupponit. In tantum enim potest impedire ignorantia professionem, in quantum excludit voluntarium. Sed probatio ipsius defectus consensus non admittitur contra præsumptionem tacite professionis, ut probatum est: ergo longè minus probatio ignorantie. Facit text. in l. Quæ sub conditione, §. Si quis, ff. de condit. inst. & in §. Est tamen casus, inst. de hered. inst. & c. Cum quid una via, de regul. iur. in 6.

46 Ad extremum hanc sententiam in fortioribus terminis videtur sequi Innocentius in c. Consultuit, de convers. coniugat. ubi ait votum, quod vir uxore sua vivente, & contradicente ingrediendo monasterium emisit, & non valuit, postea fuisse solemnizatum ex perseverantia in monasterio post mortem uxoris; nec requiri ad hoc ut sciverit mortem uxoris, & postea in monasterio remanserit, sed sufficere ut mortuus sit, & rationem dicit esse, quia separando se ab uxore, live invita, iuxta c. Quidam, de convers. coniugat. live voluntaria, ut in cap. Ex parte, eod. tit. semper præsumitur vellet mutare sæculum. Et ex quo tale propositum habet, per habitus susceptionem esset solemnizatum votum, nisi uxor impediret, c. Consultui, infra eod. Ergo sublato impedimento uxoris, statim primo momento post mortem eius voti solemnizatur. Reddit etiam aliam rationem, quia ad hoc ut votum valeat, non requiritur scientia, vel opinio, sed rei veritas, c. Placet, de convers. coniugat. Et quamvis in sine Innoc. subdat aliis videtur, & forte melius quod non solemnizetur votum illius, qui ignorans mortem uxoris perseveravit in monasterio, ut de matrimonio carnali idem scripsit in c. 1. de eo qui dux. in matrim. tamen primam opinionem simpliciter tenet in d. c. Quidam, de convers. coniug. n. 2. in qua etiam refertur ibi Jo. de Anania in fin. eamque expressè approbat Abb. in d. c. Consultui, num. 3. dicens professionem à viro mulier emissam uxore contradicente, vel dissimulante, aut ignorante incontinenti post mortem uxoris fuisse validam, etiam si vir illius mortem ignoraverit, quia intrans religionem semper videtur intrasse animo serviendi Deo, & mutandi vitam. Unde incontinenti quando fuit subla-

sublatum obstaculum post mortem uxoris remanet professio sua valida, quia contrahens cum secunda habet semper animum depravatam, & non intendit matrimonialiter consentire, sed potius secundam decipere. Unde iste consensus est illegitimus, nec proprie dicitur consensus, sed dissensus. Aliud est in ingrediente religionem, quia semper habet animum mutandi vitam, ut ibi per eum. Si igitur professio illa sublato impedimento, etiam viro ignorante, convalidatur incontinenti ex momentanea perseverantia in monasterio; multo magis ceteri debet convalidari professio in casu nostro, in quo post sublato impedimento ætatis supponimus professum perseverasse in religione per plures annos cum delatione habitus indiffinitè.

Novissimè hanc sententiam sequuti sunt Domini de Rota in causa Meten. Professum, 2. Junij 1636. coram Carillo in hæc verba: [Nec etiam obstat quod ad ratificandam professionem tacitam delumpnam ex pluribus actibus factis per Pepinam in dicto monasterio, requiritur ut ipsa sciverit nullitatem professionis præcedentis: aliter verò ex permanentia in monasterio nõ censetur inducta ratificatio professionis. Cajet. in 2. 2. q. 189. art. 5. Nauar. cons. 28. n. 7. & cons. 89. n. 3. de regular. & in Manuali c. 12. n. 71. Et in pueto de Moralibus in Civitate Meten. quod non censetur ratificasse professionem sine scientia dictæ nullitatis, Rota decis. 179. n. 6. & decis. 307. n. 5. par. 4. recent. quia prædictam doctrinam non utuntur S. Congregatio Concilij non amplectitur; sed potius contrarium pluries declaravit, veluti die 13 Januarij 1583. & die 28. Augusti 1621. in alia Romana inherendo declarationibus aliis factis censuit Joannem Petrum esse tacite professum, & religioni adscriptum, etiam si non probetur ipsum habuisse scientiam individuam nullitatis professionis expressæ ab eo prius emissæ. Quas declarationes S. Concilij S. D. N. Urbanus VIII. observari mandavit primo Februarij 1631. in una Romana nullitatis professionis.] Hæc ibi, & mox subiunguntur aliqua ex fundamentis superius relatis.

47 Hactenus promissè egimus de ignorantia nullitatis professionis tam quoad religionem, quam quoad professum. Rationes enim, & fundamenta omnia, quibus probatum est per huiusmodi ignorantiam non impediri professionem tacitam, atque vigent, si ve ignorantia deducatur ex parte professi, live ex parte religionis. Veruntamen cum ignorantia ex parte religionis deducitur, longe minor est difficultas; quia professio nulla ob impedimentum ætatis seu aliam ob causam cessante impedimento cõvalidatur ob solâ ratificationem professi, nec requiritur nova acceptatio religionis, ut constat ex cap. Cum virum infra. eod. lib. præsertim si ratihabitione sequuta, etiam eam quandoque contradixisse consulerit, ex cap. 1. eod. tit. lib. 6. ibi, seu professionem à se prius tactam ratam expressè habeat, ex cap. 1. supra quod met. cau. in illis verbis, [Si legitime probatum fuerit prædictam mulierem, &c.] Quod fecit postmodum ratum habuisse, ipsam ad religionem redire compellatis, quibus iuris constat solam ratihabitionem professi desiderari ad hoc, ut professio nulliter facta efficiatur valida, atque ita censent Nauar. cons. 35. num. 3. & cons. 46. n. 2. de Regular. in prima edit. & in 2. cons. 27. num. 2. & cons. 28. num. 3. Unde

Prosp. Fagn. in 2. part. 3. Decretal. Tom. 5.

parum refert an ignorantia nullitatis professionis expresse impediat ratificationem religionis, nec ne, cum ea ratificatio ex parte religionis non requiratur, & quatenus requireretur, tamen Summi Pontifices tamquam suprema Ordinum Regularium, cap. Exijt, §. Ad hæc cum fratres, de verb. signifi. lib. 6. voluerunt eam supplere, admittendo professionem illam per solam ratihabitionem professi, ut religionum paci, & tranquillitati consulerent. Præterea si requireretur scientia dictæ nullitatis, utique requireretur non solum in Superiore monasterij, sed etiam in illis de Capitulo, ad quos pertinet novitios ad professionem admittere. Creatio enim Monachorum de iure simul spectat ad Abbatem, & Capitulum, & requiritur saltem consensus majoris partis Capituli, ut notatur in cap. fin. de Regul. lib. 6. atque ita si unus tantum ignorasset nullitatem professionis expressæ, & ex eius voto major pars Capituli integraretur, hoc satis esse ad excludendam professionem scilicet enim consensus, & votum unius necessarium ad professionem recipiendam. Quod esset maxime absurdum, quia hoc modo esset inventa via proflus tollendi tacitam professionem, ubi præcessit expressè nulla. Denique ex abundantia etiam ignorantia etiam unius ex Capitularibus tacitam professionem impediret; tamen Superiores regulares huiusmodi ignorantiam allegare volentes nullatenus videntur audiendi: nam cum ex Decreto Conc. Trid. cap. 15. sess. 25. de Regular. prohibente quemquam ad professionem admittente ante decimum sextum ætatis annum expletum, & ex institutis suorum Ordinum, & Constitutionibus Apostolicis præsertim Clementis VIII. teneantur sub gravibus penis diligenter inquirere, ac nosse ætatem cuiusque ignorantiam, que audiendi non sunt allegantes ignorantiam omnino tenentur ex officio inquirere, c. Ad falsarium, de crim. fals. Gemin. in cap. In memoriam, col. 2. 19. dist. 1. in l. Si res obligata, post num. 40. vers. Secundo notabiliter limita, num. 41. delegat. 1. ubi ait, cum quis tenetur ratione officii indagare factum alienum, tunc præsumitur illud scire, nec toleratur ignorantia, alios refert Menoch. lib. 6. præsumpt. 23. n. 66.

DE REGVLARIBVS.

Cap. Cum virum.

S V M M A R I V M.

- 1 Illi minor duodecim annis à monasterio traditi, si maior facta sponte velietur, ad sæculum redire non potest.
- 2 Monachum facit aut paterna devotio, aut propria professio.
- 3 Declaratur n. 107.
- 4 Religioni an siltus impubes alligetur ex oblatione parentum, & n. 42.
- 5 Professus tacite censetur per vim oblati religioni à parentibus, si post pubertatem habitum professum susceperit.
- 6 Et hæc est præsumptio iuris, & de iure. Et quid post Concil. Trid. n. 8.
- 7 Voluntaria declaratio, & iuris effectus resultat ex arbitrio.

- adibus certa obligationi attribuitur.
- 7 Intellectus, cap. supra eod.
- 8 Professio tacita per susceptionem habitus professorum hodie non inducitur nisi post annum a actu decimum sextum, & expleto anno probationis.
- 9 Puella minor duodecim annis a parentibus monasterio oblata an habitum regularem suscipere possit non obstante Concilio Tridentino, & n. seq. usque ad num. 23.
- 10 Concilij Tridentini decretum in cap. 17. sess. 25. de Regular. expenditur, & n. seqq.
- 11 Voluntas exploratio si puella sit maior duodecim annis ex Concilio Tridentino facienda est tam ante habitum susceptionem, quam ante professionem. Sin autem minor ante professionem tantum, & cur.
- 12 Michaeli Medina testimonium, qui Concilio Tridentino interfuit circa decretum cap. 17. sess. 25. de Regular.
- 13 Voluntas impuberum, qui religionis habitum susceperint de iure communis explorari non debet nisi post pubertatem.
- 14 Argumentum ab identitate rationis non procedit in materia correctoria.
- 15 Episcopus si velit preestare explorare voluntatem puella, que ante duodecimum annum habitum regularem suscipit.
- 16 Filij post pubertatem non possunt invitari a parentibus religioni offerri.
- 17 Et quid ante pubertatem.
- 18 Parentes qui cogunt puellas invitari ad ingrediendum monasterium ante duodecimum annum, an sint excommunicati.
- Concilium Tridentinum in cap. 18. sess. 25. de Regular. expenditur, ibidem.
- 19 Pena detractionis in monasterium Monialium an possit infligi mulieribus secularibus, & n. seqq.
- 20 Monasterium Monialium ingredi non licet auctoritate Episcopi, nisi ex causa necessitatis ipsius monasterii.
- 21 Episcopus permittere non potest, ut mulieres ex causa litium matrimonialium, adulteriorum, vel alia simili, ingrediantur monasteria Monialium.
- 22 Detrahi in monasterium ad agenda penitentiam non coguntur habitum regularem suscipere.
- 23 Licentia abintendi ad habitum regularem puellas duodecim annuum mores peti consueverunt a Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium.
- 24 Parentes, vel tutores an possint religioni offerre impuberem invitum, & num. seq. usq. ad n. 45.
- 25 Filius impubes potest tradi monasterio a parentibus.
- 26 Tutores sicut possunt pupillum a monasterio revocare, ita religioni offerre.
- Declaratur, n. 40.
- 28 Oblatio parentum de impubere se habet ad professionem sicut sponsalia ad matrimonium.
- Contrarium, n. 41.
- 29 Opiniones plures simpliciter referens censetur ultimam approbare.
- 30 Fallit, si quis primo ponit suam opinionem, & postea subdat, alij dicunt.
- 31 Doctor respondens per verbum, videtur, intelligitur de iure respondere, quod facit pro dictis Innocentio.
- 32 Puella in electione propofiti non coguntur sequi parentum imperium si sint in aetate nubili; & alias fecit.
- 33 Dicitur, tunc, denotat extremitatem temporis, &

- idem importat quod, eo casu.
- 34 Parentes, vel tutores possunt a monasterio revocare impuberem licet invitum.
- 35 Ligandi, solvendi Dominum parim esse voluit.
- 36 Votum filij impuberis possunt parentes irritum facere, sed non possunt eum cogere ad votandum.
- 37 Votum necessarium exigit deliberationem, propositum, & promissionem.
- 38 Insans ex voto non obligatur.
- 39 Votum obligat puerum dolis incapax quantum parentes non contradicunt.
- 40 Religionem coacte ingressi in adultate dicuntur potius peccata committere, quam plangere.
- 41 Sponsalia a quibus, & quid differant ab oblatione, que fit a parentibus religioni de filio impubere.
- 42 Impuberes ex sponsalibus obligantur infra annos pubertatis.
- 43 Sponsalia ab infante contracta sunt nulla ex defectu consensu, nec pariter impedimentum publice honestatis.
- 44 Insans tradi potest religioni a parentibus.
- 45 Pueros an expedit religioni tradere.
- 46 Pueri a tenent anno ad pietatem, & religionem informandi.
- Romani, & nobiles dabant B. Benedicto filios nutriendos, ibidem.
- 47 Clerici Regularibus Theatinis, & Ministrantibus Infirmitas interdictum ne quemquam ad habitum regularem recipiant ante pubertatem.
- Bulla Pij V. de novitiis non recipiendis nisi post decimum octavum annum an, & quomodo sit temperanda, ibidem, vers. Generalis tamen decreto.
- 48 Pueros quibus religionibus expedit tradere ex sententia Caietani.
- 49 Clemens VIII decreta de novitiis non recipiendis, nisi in conventibus designatis expenduntur.
- 50 Fratres Minores Cajamantana familie qualiter fuerint reintegrati ad recipiendos novitos.
- 51 Regu Christianissimi instantia de novitiis non recipiendis, nisi in religionibus primarum institutum servantibus.
- 52 Religiones plures in Concilio Lugdunensi extindae.

CUM VIRUM. Si filia minor duodecim annis a parentibus monasterio tradita maior tacita, sponte velcitur, ad seculum redire non potest. Hoc dicit secundum Jo. Andr. & omnes. Dividitur in tres partes. In prima ponitur consultatio. In secunda responsio, ibi: Consultationi tuae. In terra tacite objectionis solutio, ibi, nec obligatur.

Nota primo dictum Concilij Toletani relatu hic, & in cap. Monachum, 20. q. 1. videlicet Monachum facit, aut paterna devotio, aut propria professio. Et pondera Concilium loqui alternative. Unde videtur inferri, ut sola traditio parentum sciat Monachum filium impuberem; quod tamen est fallum, quia nullus tondere potest ut fiat Monachus, nisi in legitima aetate, & spontanea voluntate, cap. 1. & ibi gl. 1. supra eod. cap. Si in qua. libet, 20. q. 2. Nec filius cogitur in hoc sequi imperium patris, ut hic in fine, & in cap. Puella, 20. q. 1. & in cap. Cum finis, inf. eod. quia res est voti, non precepti, cap. Integritas, 20. q. 1. & d. c. Puella. Timore hujus contrarij glos. hic in ver. Paterna devotio, exponit particulam, aut, pro, & ut in l. penult. C. de verb. signifi. Sed hęc explicatio non congruit littere ibi, Quidquid horum fuerit, at-

- figuram tenebit. Quae verba ostendunt alterutrum sufficere, ut quis alligetur religioni non enim legendum est, allegatum, sed alligatum, prout habet vera, & communis littera secundum Jo. Andr. n. 1. in ver. Alligatum. Unde Hostien. hic num. 5. in ver. Aut dicit litteram posse intelligi disjunctive. Nam paterna obligatio, sive devotio facit Monachum filium, quem obtulit in pupillari aetate duobus modis. Primo quia durante pupillari aetate exire non debet. Secundo quia si postea non contradicat, consentire videtur, nec potest de cetero reclamare, ut innuitur in hoc cap. & in cap. Cum finis, infra eod. cap. Illud, 20. q. 1. & cap. Praesens, q. 2. de quo per eum in Summa hoc tit. 5. Virum exire, vers. Dicit breviter, & consentit Butr. hic in l. notab. num. 2. dum dicit aliquem religioni alligari, tam ex traditione parentum, quam ex propria voluntate ingressi; hac tamen differentia, quod traditio parentum ita demum obligat, si traditus sit in minori aetate constitutus; & tunc non perpetuo, & irrevocabiter, sed usque ad tempus legitima aetatis; & post tempus ita demum, si ratificet; traditio autem propria infra pubertatem nullatenus obligat, post pubertatem vero indifferenter obligat, & irrevocabiliter. Sed certe in neutro ex his duobus casibus paterna devotio facit propriè Monachum; nam primo casu filius non efficitur Monachus, cum non habeat aetatem legitimam, & egrede non potest, non quia sit religioni alligatus, sed propter defectum discretionis, & iudicii, ut in cap. 2. sup. eod. Secundo autem casu intervenit rati habitus, & sic tacita professio filij, Unde merito hanc solutionem Holt. resellunt hic Card. n. 3. vers. Oppono, & Abb. in glos. n. 6. in ver. Paterna devotio. Exponere ergo litteram: Monachus facit aut paterna devotio, quam filius factus pubes rata habet ex devotione, quam gerit erga patrem, & sic occasionaliter: aut propria professio secundum gl. praeraleg. in verb. Paterna devotio, in princ. Innoc. in ver. Alligatum, Holt. num. 5. in ver. Quidquid horum. Nec refert quod rati habitus filij in effectu nihil aliud sit, quam professio; quoniam non est novum in jure, ut rati habitus, & professio ponantur disjunctive, ut patet in c. 1. hoc tit. lib. 6. ibi, Nisi professionem faciat, seu professionem a se prius factam ratam expressè habent, nec noa ibi: professionem per hoc fecisse, vel si quam prius fecerat, ratam habuisse videtur, cum simili.
- 4. Secundo nota impuberem etiam per vim oblata religioni a parentibus, si post pubertate habitum professorum susceperit, eo ipso censeri tacite professum. Et de hoc est casus hic secundum Abb. in princ. nam puella ante annos pubertatis fuit tradita monasterio invita, ut patet ex littera ibi, est eam quandoque contra adesse constituit; & tamen quia major facta veli susceperit, quod dari profectibus consuevit, ut patet, ibi, cum benedictionem accepit, quam non nisi in aetate discretionis recipiunt, qua velantur; & hoc censetur tacite professione emittere. Et quidem praesumptione juris, & de jure, quae sumitur ex actu gesto, contra qua non admittitur probatio, nisi per contrarium protestationem praecedente, ut sentit hic Butr. n. 4. Ratio est, quia ex actibus certa obligationi attribuitur resultat juris effectus, & declaratio voluntatis, quae qualitercunq; declaratur verbis, an signis, nihil refert, ut l. certum, ff. Si cert. pet. secundum Petr. de Anchar. hic n. 2.

in 2. notab. & Jo. de Anan. num. 3. Ad hoc etiam, & parte, cum ibi not. per glo. in ver. Per anam, & cap. Statuimus, inf. eod. c. 1. de Regul. lib. 6. & Clem. 1. eod. tit. Et ita non obstat tex. in c. 2. sup. eod. & in cap. Puella, 20. q. 2. ubi impubes monasterio oblatus non censetur tacite professus, nisi per annum, & diem in monasterio permanerit; sicut nec pubes per vim ingressus, qui infra annum non reclamavit; nam illa jura procedunt, quando ingressus nullum fecit actum positum a praesentibus fieri solitum; tunc enim non censetur professus tacite, nisi per annum dissimulando consenserit, ut dicitur in d. c. Puella, & notant DD. in d. c. 2. post glos. fin. ibi. In hac vero decretali puella major facta velam conversionis, seu professionis acceptit. Unde cum intercesserit actus positus voluntatis declaratorius, non exigitur aetate intervallum, sed ex ipso actu susceptionis veli intelligitur tacite professus, ut hic, & in cap. Vidua, supra eod. & intra in cap. Statuimus. Et ita haec jura in effectu conciliat Innoc. in dict. c. 2. num. 2. vers. Nec obstat, ubi dicit non obitare hoc capitulum, ubi innuitur ut si veniens ad aetatem legitimam non contradicat, ratum habere videatur, quia hic non fuit solus transcurus temporis, sed benedictio Monachalis recepta fuit in majori aetate, & sequuntur totidem serè verbis Holtien. num. 7. Jo. Andr. num. 2. vers. Nec obstat Cardin. num. 1. vers. Oppono, & alii communiter. Hodie tamen intelligitur procedere dummodo suscipiens habitum professorum steterit per annum integrum in probatione, & explevit annum aetatis decimum sextum; alius enim ex hoc non censetur tacite professus, quia Concilium Tridentinum in cap. 15. sess. 25. de Regular. licet irritam facit professionem expressam ante annum decimum sextum completum, & non peracto anno probationis, ita & tacitam, quae inducitur per susceptionem habitus professorum, vel per actus, qui a solis professis fieri consueverunt, ut lazius declarat S. Congregatio ejusdem Concilij Interpretes.

QUAERO, An puella duodecim annis minor a parentibus monasterio oblata hodie habitum regularem suscipere possit, non obstante decreto Tridentini Concilij in cap. 17. sess. 25. de Regular.

Videtur respondendum posse puellam a parentibus, ut suo tempore Monialis fiat, oblata in indui habitu regulari, etsi adhuc duodecim annis minor exsistat: id enim minori duodecim annis de consensu parentum tacito, vel expresso a Sacris Canonibus permillum est, ut habetur expressè in hac Decretali, cap. Ad idem, cap. Quicumque, cap. Illud autem, 20. q. 1. c. 1. & c. fin. 20. q. 2. & c. 2. ubi plenè dixi supra eodem. Huic autem sacrorum Canonum dispositioni non adversatur Tridentinum Concilium, c. 17. sess. 25. de regular. nam cum correctio jurum sit quantum fieri potest vitanda, c. Cum expediat, de elec. in 6. l. Praecipimus, in fine, c. de appellat. cum simili. & puella duodecim annis minores secundum Canones sint habiles ad suscipiendum habitum regularem; non est credendum per Concilium tot jura correctia, & subverta fuisse, c. Ecclesia vestra, il. secundo, eod. tit. cum ex verbis Concilij ea correctio necessario non inferatur. Observandum est enim ex eo decreto si accuratè expendatur, in hoc solum constitui differentiam inter puellam duodecim annis majorem aq; minorem; Quod si major sit, ejus voluntas se-

mel utque iterum explorari debeat, nempe ante habitum susceptionem, & ante professionem; sin autem minor, non nisi semel, hoc est ante professionem ipsam, verba enim textus sic se habent. (Si puella, quæ habitum regularem suscipere voluerit, major duodecim annis sit, non ante eum suscipiat, nec postea illa, vel alia professionem emittat, quam Episcopus exploraverit virginis voluntatem) Ubi ponderanda est illa dictio, *aliam*, quæ referri non potest nisi ad puellam duodecim annis minorem, ita ut propterea sensus Concilij sit; Si puella major sit annorum duodecim, non ante habitum suscipiat, nec postea ipsa, id est major, vel alia, id est minor, professionem emittat, quam Episcopus eius voluntatem exploraverit. Atque ita in maiore voluntas bis jubetur explorari, in minore semel tantum.

Diversitatis ratio ea est, quia in minori supervacanea est huiusmodi exploratio; tum quia integrum iudicium ad deliberandum non habet, c. *Illud*, 20. *quest. 1.* Et arg. à contrario sensu in hac decretali in fine, tum quia vel invita monasterio à parentibus tradi potest, ut patet infra *n. 17.* Non ergo Concilium prohibet quin puella natu minor habitum regularem suscipere queat, imò expressè admittit per illam dictionem, *aliam*; sed tantum prohibet quin ipsa postea proficatur, priusquam Episcopus illius voluntatem scrutatus fuerit.

Atque ita (quid quid contra sententiam *20. q. 1. lib. 12. cap. 8. mm. 5. & 6.* & *Rodrig. de regul. 10. 3. q. 12. art. 2.*) clarè ac dilucidè explicat Michael Medina de *sacrorum hominum continentia lib. 4. de contravers. 9. c. 4.* ubi affirmat (nihil alienius à Tridentini Concilii mente excogitari posse, quam ut puellam duodecim annis minorem prohibuerit habitum regularem suscipere; testaturque se interfuisse illi decreto, atque attentissimis auribus suffragia omnium Episcoporum accepisse, & nihil tractatum fuisse, nisi de sola puellarum majorum duodecim annis ad religionem admissione; & duo tantum statuti fuisse, Primum ut si puella ingrediens sit major duodecim annis, quantumque ætatis sit, duplex Episcopi examen subeat, alterum ante habitum susceptionem, alterum postea ante professionem, quia sæpè puellæ invitate habitum suscipiunt. Et quamvis voluntariè illum assument, non raro invitate parentum timore parentum, vel cognatorum, vel verecundia habitum dimittendi. Secundum verò quod in eo statuitur ut puella minor duodecim annis ingrediens unicum examē subeat, nempe professionis, tempore quo ante ætatem duodecim annorum exstimator Concilium hoc examen præmittit, ob tenerum rationis usum puellæ.) Hæc Medina. Similè habetur in decreto Marcelli relato in c. *Illud*, 20. *q. 1.* ad quod fortè respexerunt Patres Concilij; nam in eo decreto sancitur, ut filii si minori ætate monasterio oblati fuerint, vel habitum regularem susceperint, decimo quinto anno à Prælati moniti inquirantur utrum in ipso habitu permanere cupiant, an non. Ecce igitur quod etiam de iure communi exploratio voluntatis in minoribus fieri debet tantummodo cum ad annos pubertatis pervenerint, & non antea.

Et ex his constat nihil ob stare quod dicunt aliqui impossibile esse ut post Concilium minori duodecim annis detur habitus, cum ex *d. cap. 17.* antequam detur, debeat ordinari scrutari puellæ

voluntatem an coacta, an seducta, an sciat quæ agat. Et hæc causæ cognitio in minore congruè adhiberi non possit, ideoque necessario sequatur argumentum ab impossibili, ut Concilium voluerit ne ea ætate habitum regularem accipere possent.

Respondetur namque hoc argumentum petere principium; negatur enim Concilium requirere hanc causæ cognitionem quando traditur habitus minori duodecim annis, cum eam tantum requirit, quando datur habitus ei, quæ est major annorum duodecim, ut ostensum est supra.

Non item obstat si dicas rationem à Concilio expressam in *d. c. 17.* quæ est ut libertati professionis Monialium consulatur militare, nedum in majoribus, sed etiam, & multo fortius in minoribus, quæ eo magis minis, & metui obnoxie sunt, quo per ætatem sunt timidiores.

¹⁴ Primum enim respondetur in materia correctoria non procedere argumentum à majoritate rationis, gl. 1. in Authen. *Quæ rationes, c. de sacros. Ecles.* quæ communiter approbat tunc Decio, in l. *Non debet cui, n. 4. ff. de reguli. tur.*

¹⁵ Secundò respondetur expressionem dictæ rationis pro hac opinione facere, dum Concilium cautè se restrinxit ad libertatè emittendæ professionis, non autem ad libertatem assumptionis habitus. Quæ ratio sicut militat etiam in minore duodecim annorum, ita & dispositio Concilij. Præterquam quod antequam ipsa ad professionem admittatur, poterit Episcopus, si ita esse eile exhiberit, bis voluntatem explorare, ut Concilium præscribit in maiore, nempe post annum duodecimum, & immediate ante professionem.

¹⁶ Tertio, respondetur negatio in minore militare eandem rationem, quæ militat in maiore. Imò enim secundum Canones major non potest invita tradi monasterio, s. *Cum ergo, c. Sicili, & c. sequen. 20. q. 1. cap. 1. supra Quod met. cau. & c. 2. §. Siverò, sup. ed.* At verò minor parentibus offerri potest etiam invita, ut plene dicam in *quest. sequen. à n. 24. usque ad n. 48.* Et ob id merito Concilium in maiore requisivit, ut dicta inquisitio adhiberetur, ne invita contra Canones traderetur monasterio. At eandem inquisitionem omisit in minore, quàm fortè intellexit posse etiam invitam monasterio tradi, & hoc non iniuria, quia ut colligitur à contrario sensu ex hac decretali, puellæ utque ad dictam ætatem non suam, sed patris sequi voluntatem.

¹⁸ Quisquid intellectus satis etiam confirmatur ex c. 18. immediate sequenti ubi anathemati subiiciuntur qui quodocumque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem invitam præterquam in casibus in iure expressis ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendū habitum cuiuscumque religionis, vel ad professionem emittendam. Inquiri enim quorsum illa verba, præterquam in casibus in iure expressis? Et quidem in detrusis in monasteriū ad agendam poenitentiam, verificari non possunt, quia nulli, quod meminim, reperitur iure catum, nec servatur in practica, ut mulieres seculares detrudantur propter crimen in monasteria monialium ad agendam poenitentiam; nam c. *Impudicas, 27. q. 1.* loquitur de mulieribus jam professis, quæ propter prævaricationē detrudantur in ergastula, & alia jura loquitur de viris, qui detruduntur in monasteria Monachorum ut in c. *Sicili, 50. dist. c. Ple-*

¹⁷ *enit,* 21. *quest. 2. cap. De lapsis, 16. q. 6. & cap. Sicur, 20. quest. 1.* cum concordant, de quibus ibi per gloss. in *ver. offensus,* & notat gloss. in *summa ead. 20. cau. & quest.* Præterea Episcopus, vel Superior facultatem non habet ponendi personas seculares in monasteriis Monialium, nisi in casibus necessariis, ut in decreto Concilij Trid. c. 5. *vers. Dare autem, sess. 25. de regular.* Et casus necessarij intelliguntur respectu monasterij, non autem respectu ingredientis, ut sapius declaravit Sac. Congregatio ejusdem Concilij Interpres. Et idcirco ²¹ in *causa Salamantina die 19. Februarij 1604.* respondit non licere ullo modo Episcopis, vel permittere, vel licenti concedere mulieribus, ut ex causis licitum matrimonialium, adulteriorum, ac dissolutionum inter viros, & uxores, & his similibus ingrediantur monasteria monialium. Imò ingredienti incidere in excommunicationem decreto Concilij, atque summorum Pontificum Constitutionibus impositam. Ergo pariter saltem post Constitutionem Bonifacij VIII. de qua in c. *Perculofo, de statu Regular. lib. 6.* innovatam à Concilio in *d. c. 5.* nec licebit Episcopis detrudere in Monasterium monialium mulieres criminosas, dum in hoc nulla versetur utilitas, vel necessitas monasterij, & consequenter exceptio Concilij non potest sortiri effectum in huiusmodi peena detrusioni, quia hic non est casus Episcopis concessus. Sed esto mulieres detrusi possent in monasteriū, nihilominus exceptio Concilij verificari non potest in his mulieribus, quæ coguntur habitum Religionis suscipere, quia qui detrudantur sive viri, sive femine non coguntur assumere habitum regularem, neque id iure cavetur; sed tantum sunt ibi ut poenitentes, ut in d. c. *Sicili, & c. De lapsis, & in c. Tus, infra de poenis, & cedere in ignominia ordinis, ut seculares tam graviter delinquentes habitum monachalem induerent. Quamobrem ut verificetur exceptio Concilij, necesse est assignare aliquem casum in iure expressum, in quo puella cogi possit habitum Religionis suscipere. Et certè non succurrat talis casus, quàm in puellis nondum constitutis in ætate nubili, quæ invitate à parentibus monasterio offeruntur, secundum prædicta. Et fortè ad hunc casum respexerunt Patres Concilij; nisi dixeris exceptionem illam posse habere locum in mulieribus, quæ votum religionis emiserunt; possunt enim cogi ad voti observantiam, c. 1. *per tot. 27. q. 1. Licet, infra de voto.* Sed tamen adhuc restat difficultas, quia cū Concilium loquatur per verba pluralis numeri, in casibus in iure expressis, oportet saltem assignare duos casus, in quibus puellæ possint cogi ad susceptionem habitus, 1. *Vbi numerus, ff. de testib.* & sic casus oblationis adhuc remanet in prædicta exceptione inclusus. Et stante hoc intellectu ineptum esset ut in decreto d. c. 18. *sess. 25. de regul. Concilium* perseverasset Sacrorum Canonum dispositionem circa puellas natu minores, quæ à parentibus monasterio traduntur invitate, si in præcedenti decreto eandem dispositionem sustulisset, vel certè se incontinenti correxisset quod non est dicendum. *l. Non ad ea, & ibi gloss. in ver. Præfatus, ff. de constit. & donatib.* Porro quia puellæ minores non debent indistinctè ad habitum regularem admitti, sed à parentibus, vel tutoribus oblatæ, & nonnunquam subesse potest seductio nis periculum à monialibus, & aliz rationes vi-*

gere possunt cur non expedit illas admittere; hinc factum est ut Sacra Congregatio Concilij aliquando, & præsertim in causa Lucana dixerit non esse dispensandum ut puella, quæ duodecimum aſum nondum exceſſerat, admittetur. Et hinc etiam inolevit praxis ut licentiæ admittendi ad habitum ejuſmodi puellas natu minores petantur à S. Congregatione Episcoporum, Regularium, quæ non nisi raro, ac matura deliberatione illas concedere conſuevit.

²⁴ Ulterius QUÆRO, an impubes invitus possit à parentibus, vel tutoribus religioni offerri.

²⁵ Conveniunt omnes filium ante annos pubertatis tradi posse monasterio à parentibus. De hoc enim est textus clarus *hic, & in c. Cum sumus, infra eod. cum concord. de quibus supra n. 9.* Idemque in tutoribus firmat. *Innoc. hic, & in c. 2. sup. eod. quem utrobique DD. communiter sequuntur.* Et probatur efficaciter in c. *Puella, 20. q. 2.* ubi patet tutores posse revocare ingressum puellæ impuberis, nisi aſum, & diem dissimulando confenserint.

Ergo si possint consentire oblationi tacendo, & dissimulando, & sic tacite; magis consentire possunt expresse. Quod parum videtur difficultatis, si filius, vel pupillus consentiant.

Sed dubium est quid juris sit si contradicant, Jo. Andr. n. 2. Simpliciter refert opinionem dicentium invitum non posse tradi monasterio; nec eam approbat, aut reprobat. Sed gl. in *summa 20. q. 1.* distinguit sic. Si impubes intrat, aut ab alio ponitur in monasterio, aut per se intrat: si ab alio ponitur, & ipse non consentit, & tenet ingressus; Et licet consensus ille qui fit ante annos discretionis non teneat, inde tamen exire non potest priusquam veniat ad legitimam ætatem. Et ita sentit gloss. impuberem invitum non posse monasterio tradi. Eandem distinctionem ponit Petr. de Anchar, in *d. c. 2. n. 8.* Et hoc tenet ibi Card. in *6. q. Jo. de Anan, n. 7. & plenius Abb. n. 9.*

Fundatur hæc opinio à contrario sensu in cap. *Puella, 20. q. 1. & in c. Puella, q. 2.* Sed illa jura parum, aut nihil faciunt. Deinde pro hac sententia facit secundum Abb. quia voluntarium militem diligit Deus, c. *Non est, 15. q. 1.* Item oblatio parentum de impubere hec habet ad professionem, sicut sponsalia ad matrimonium, arg. 20. *q. 1. in primis quatuor Capitulis.* Sed ex sponsalibus contractis per parentes filij non obligantur nisi tacite vel expresse confenserint, puta quia fuerint præfentes, & non contradixerunt, cap. 1. *§. fin. de despons. impub. lib. 6.* Ergo idem dicendum in huiusmodi oblatione. Et in hoc residet Abb. dicens ita sentire Innocentium, & eius dictum sibi magis placere.

²⁹ Sed tu adverte, quia Innocentius in d. cap. 2. *sup. eod.* videtur tenere contrarium: nam *num. 2. vers. Si autem coacti,* primò recitat opinionem quorundam, qui dixerunt filios coactè missos in monasterio posse quandocumque exire, etiam ante tempus pubertatis, & citat jura superius relata, & mox subdit: Contrarium tamen videtur: & allegat jura pro hac parte, nec aliud subiungit: Unde censetur residere cum hac secunda opinione cum eam ponat ultimo loco secundum theoreticā gloss. notab. in l. *Qui situm, §. Sabius, ff. Ad Trebell. Holt.* qui loquitur de opinionibus Innocentii in cap. 1. *infra de poenis, Bart.* per illum textum in l. *Bona fides, ff. de pos. & Bald.* in l. *Si idem, §. fin. ubi*

gere possunt cur non expedit illas admittere; hinc factum est ut Sacra Congregatio Concilij aliquando, & præsertim in causa Lucana dixerit non esse dispensandum ut puella, quæ duodecimum aſum nondum exceſſerat, admittetur. Et hinc etiam inolevit praxis ut licentiæ admittendi ad habitum ejuſmodi puellas natu minores petantur à S. Congregatione Episcoporum, Regularium, quæ non nisi raro, ac matura deliberatione illas concedere conſuevit.

²⁴ Ulterius QUÆRO, an impubes invitus possit à parentibus, vel tutoribus religioni offerri.

²⁵ Conveniunt omnes filium ante annos pubertatis tradi posse monasterio à parentibus. De hoc enim est textus clarus *hic, & in c. Cum sumus, infra eod. cum concord. de quibus supra n. 9.* Idemque in tutoribus firmat. *Innoc. hic, & in c. 2. sup. eod. quem utrobique DD. communiter sequuntur.* Et probatur efficaciter in c. *Puella, 20. q. 2.* ubi patet tutores posse revocare ingressum puellæ impuberis, nisi aſum, & diem dissimulando confenserint.

Ergo si possint consentire oblationi tacendo, & dissimulando, & sic tacite; magis consentire possunt expresse. Quod parum videtur difficultatis, si filius, vel pupillus consentiant.

Sed dubium est quid juris sit si contradicant, Jo. Andr. n. 2. Simpliciter refert opinionem dicentium invitum non posse tradi monasterio; nec eam approbat, aut reprobat. Sed gl. in *summa 20. q. 1.* distinguit sic. Si impubes intrat, aut ab alio ponitur in monasterio, aut per se intrat: si ab alio ponitur, & ipse non consentit, & tenet ingressus; Et licet consensus ille qui fit ante annos discretionis non teneat, inde tamen exire non potest priusquam veniat ad legitimam ætatem. Et ita sentit gloss. impuberem invitum non posse monasterio tradi. Eandem distinctionem ponit Petr. de Anchar, in *d. c. 2. n. 8.* Et hoc tenet ibi Card. in *6. q. Jo. de Anan, n. 7. & plenius Abb. n. 9.*

Fundatur hæc opinio à contrario sensu in cap. *Puella, 20. q. 1. & in c. Puella, q. 2.* Sed illa jura parum, aut nihil faciunt. Deinde pro hac sententia facit secundum Abb. quia voluntarium militem diligit Deus, c. *Non est, 15. q. 1.* Item oblatio parentum de impubere hec habet ad professionem, sicut sponsalia ad matrimonium, arg. 20. *q. 1. in primis quatuor Capitulis.* Sed ex sponsalibus contractis per parentes filij non obligantur nisi tacite vel expresse confenserint, puta quia fuerint præfentes, & non contradixerunt, cap. 1. *§. fin. de despons. impub. lib. 6.* Ergo idem dicendum in huiusmodi oblatione. Et in hoc residet Abb. dicens ita sentire Innocentium, & eius dictum sibi magis placere.

²⁸ Sed tu adverte, quia Innocentius in d. cap. 2. *sup. eod.* videtur tenere contrarium: nam *num. 2. vers. Si autem coacti,* primò recitat opinionem quorundam, qui dixerunt filios coactè missos in monasterio posse quandocumque exire, etiam ante tempus pubertatis, & citat jura superius relata, & mox subdit: Contrarium tamen videtur: & allegat jura pro hac parte, nec aliud subiungit: Unde censetur residere cum hac secunda opinione cum eam ponat ultimo loco secundum theoreticā gloss. notab. in l. *Qui situm, §. Sabius, ff. Ad Trebell. Holt.* qui loquitur de opinionibus Innocentii in cap. 1. *infra de poenis, Bart.* per illum textum in l. *Bona fides, ff. de pos. & Bald.* in l. *Si idem, §. fin. ubi*

²⁹ Sed tu adverte, quia Innocentius in d. cap. 2. *sup. eod.* videtur tenere contrarium: nam *num. 2. vers. Si autem coacti,* primò recitat opinionem quorundam, qui dixerunt filios coactè missos in monasterio posse quandocumque exire, etiam ante tempus pubertatis, & citat jura superius relata, & mox subdit: Contrarium tamen videtur: & allegat jura pro hac parte, nec aliud subiungit: Unde censetur residere cum hac secunda opinione cum eam ponat ultimo loco secundum theoreticā gloss. notab. in l. *Qui situm, §. Sabius, ff. Ad Trebell. Holt.* qui loquitur de opinionibus Innocentii in cap. 1. *infra de poenis, Bart.* per illum textum in l. *Bona fides, ff. de pos. & Bald.* in l. *Si idem, §. fin. ubi*

ubi simpliciter refert ad dicti Innocentii, ff. de iurisd. 30 om. iud. Et eo magis quia Innocentius in prima opinione loquitur per illa verba, *Quidam dicunt*, quo casu equum illum opinionem retulisset ultimo loco; tamen non censetur eam approbasse, ut declarat Dec. post alios in cap. 1. num. 97. supra de constit. ubi limitat glos. in d. §. Sabinus, ut non procedat quando primo ponit suam opinionem, & postea subdit, *alij dicunt*, quia tunc prima opinio non censetur glossa; non autem secunda, & eodem modo limitat Jaf. in d. l. Si idem, §. fin. n. 3. Nec refert quod secundo loco Innocentius loquatur per verbum *videtur*, quia Doctor respondens per verbum *videtur*, intelligitur de jure respondere, ut in c. 1. & ibi DD. *de iurisd.* & notat Marian. Socin. in c. De cetero, num. 2. & ibi dixi n. 3. infra de homicid. Quod maxime procedit in dictis Innocentii, qui ferè semper loquitur per verbum, *videtur*, vel *credimus*, aut *forte*. Et fuit philosophicum temperamentum, ut inquit Host. in cap. Nisi cum pridem, num. 5. supra de renunc. Quamobrem Innocentius est aperte pro hac parte. Sed & Host. in eod. cap. 2. nu. 5. dicit primo, loco, Aliqui dicunt quod si coacti offerantur, ante pubertatem egredi possunt, deinde subdit, Alij contra, & sic cum simpliciter referat duas opiniones, censetur ultimam approbare secundum theoreticam gl. præallegatam. Et hoc expressius firmat ibi Henric. Boich. dum concludit ingressum per vim, seu coactionem non debere exire durante pupillari ætate, si compulso fiat à parentibus, vel in eorum defectum à tutoribus.

Et quidem hæc secunda opinio, nec jure, nec ratione desinitur: nam quod pertinet ad jus, pro ea valde stringit hæc decretalis, ubi Constit. Leonis Papæ, ut puella, quæ coacta parentum imperio virginittatis habitum susceperunt, ipsum possint sine prævicatione deserere, declarat ut intelligi de illa, quæ est constituta in ætate nubili; & redditur ratio, quia tunc cum liberum arbitrium in electione propositi, sequi parentum non cogitur voluntatem: ergo à contrario si sit constituta in minori ætate, cogitur sequi voluntatem parentum, cum in electione propositi liberum arbitrium non habeat: alioquin declaratio huiusmodi, & ratio assignata esset inepta, si nulla puellæ sive major, sive minor cogenda esset sequi voluntatem parentum. Et confirmatur ponderando dictionem illam, *tunc*, quæ denotat extremitatem temporis, l. 4. in fin. & ibi gl. ult. ff. de condit. & demonstr. Bart. in l. In substitutione, num. 1. ff. de vulg. & pill. & proprie idem importat quod eo casu gl. in l. Gallus, in princ. in verb. *Tunc*, ff. de liber. & possib. & operatur, ut dispositio non habeat locum in alio casu. Roland. à Valle, conf. 70 num. 15. & plenius conf. 56, num. 20. lib. 2. Unde sequitur, ut in eo tantum casu puella non teneatur sequi imperium parentum, in quo pervenit ad ætatem nubilem, secus si non pervenerit. Unde Abb. hic in ultimo notat, num. 7. videtur recedere à contraria opinione, quam tenuit in c. 2. supra eod. dum fatetur hoc capitulum multum facere contra ea, quæ ibi dixit. Ad idem faciunt jura in cap. Monachum, cap. Quicumque, & cap. Illud, 20. q. 1. & in cap. Si in quatuor, §. 2. Facit etiam c. Presens, 20. q. 2. ubi pater filium impuberem contra ejus voluntatem euellam induit; licet ibi naretur facti.

34 Quod verò spectat ad rationem, multum habet ponderis quod parentes, vel tutores possunt vocare è monasterio impuberem, etiam contradicentem, & sic absolvere illum à perfeverantia in monasterio usque ad annos pubertatis, ut est casus in d. cap. Puella, 20. q. 2. Ergo possunt cum similiter obligare, licet invitum, ad ingrediendum monasterium, quia Dominus par jus esse voluit ligandi, & solvendi, cap. Verbum, de penit. dist. 1. Ad idem l. Qui condemnare, ff. de re iudic. & l. Nemo qui condemnare, ff. de regul. iur. & cap. 1. eod. tit. in hac compilatione. l. Possideri, & l. Quemadmodum, ff. de acquir. possess.

Et quemadmodum non attenditur contradictio impuberis in egressu, ita nec debet attendi ingressu. In utroque enim casu videt ratio huius Decretalis, quod impubes in electione propositi liberum non habet arbitrium; & ideo cogitur sequi imperium parentum. Et propria opinio illorum qui dixerunt tutores posse quidem revocare ingressum pupilli, quia id cautum est in d. cap. Puella, sed non posse illum tradere religioni, cum hoc non reperitur jure cautum, communiter reprobat à Doctoribus, cum revocatio, & oblatio à pari procedant, ut dixi supra num. 26. & in d. cap. 2. num. 7. supra eod.

36 Quod similes. Parentes possunt si velint irritum facere votum filij impuberis, prout de muliere est expressum num. 30. ut in cap. Mulier, 32. q. 2. & docet S. Thom. in 2. 2. q. 189. art. 5. Et tamen nequeunt impuberem cogere ad votendum, cap. Integritas, 32. q. 1. Ergo eodem modo quamvis possint extrahere à monasterio filium impuberem, non tamen poterunt illum cogere ad ingrediendum; sufficit enim dare instantiam ad tollendam æquiparationem, & consequentiam, ut post Aristotel. 8. Topicor. not. gloss. 2. in cap. Sententia urgeri, l. q. 1. Respondemus, cum votum sit promissio facta Deo, & promissio procedat ex proposito faciendi, propositum autem aliquam deliberationem præxigit; inde fit ut ad votum tria ex necessitate requirantur, videlicet deliberatio, propositum voluntatis, & promissio, in qua periturus ratio voti, ut declarat S. Thom. in 2. 2. q. 88. art. 1. Non igitur mirum si parentes cogere non possint filios ad votendum, cum de ratione intrinseca voti sit spontanea voluntas, & liber consensus veniens ut hic, & in c. 1. ibi sponte non coacti, & ibi gloss. 27. q. 1. cap. 1. supra, Quod mer. cau. cum similit. Et propterea infans ex voto non obligatur, ut per D. Thom. in 2. 2. q. 88. art. 9. Sed oblatio non requirit consensum oblati, cum possit fieri etiam de infante, ut patet ibi infra num. 44. Præterea votum simplex emissum etiam in puellæ ætate efficaciter obligat puerum doli capaxem, quamdiu parentes non contradicunt, ut est text. in d. cap. Mulier, 32. q. 2. & in c. 2. & ibi gl. penult. infra de Voto, S. Thom. 2. 2. q. 189. art. 5. Quia licet doli capax potest se obligare Diabolo per peccatum, ut in cap. Pueri, infra de delict. pueror. ita & Deo per votum, ut dicit Hugo in Summ. 20. q. 1. & ibi not. gl. & Colletar. in c. 2. num. 1. supra, eod. At verò oblatio impuberem non obligat ut similiter patet infra num. 42. Unde in oblatione procedit æquiparatio à revocatione ad ingressum, cum sit par ratio; licet non procedat in voto ob rationis diversitatem.

Non obitat text. in d. c. Puella, 20. q. 1. quia procedit in adultis, prout auctoritatem illi Leo- nis declarat textus hic, & not. gloss. fin. in cap. Ad illud, c. ad cas. & quæst. Et ita etiam intelliguntur jura, quæ dicunt, Voluntarium militem diligit Deus, cap. Non est, 15. q. 1. quia satis inutile est, ut coacta servitia Domino præstentur, cap. Illud, 20. quæst. 1. quia quod non petunt, non observant Ideoque tales considerandi sunt potius peccata committere, quam plangere, ut dicitur in c. Præcedenti, & alia id genus: habent enim locum in adultis dumtaxat, non autem in constitutis infra annos discretionis, ut declarat Gratian. in §. Cum ergo, post d. cap. Puella.

41 Item non obitat motivum Abbatis ex sponsalibus, ut supra deductum, quoniam sponsalia sunt futurarum nuptiarum præmissa, c. Nuptiarum, 30. q. 5. gloss. 1. in cap. fin. supra de translat. Episc. vel promissio de matrimonio contractum secundum Innoc. in cap. Ex parte, in ver. Habituram, infra de sponsal. & Bald. in leg. 1. in lectura antiqua in princ. ff. eod. At oblatio non est promissio futuræ professionis. Ergo non habet oblatio ad professionem, sicut sponsalia ad matrimonium, ut Abbas dicit.

42 Præterea impubes ex sponsalibus obligatur infra annos pubertatis, c. Litteras, c. Accessit, & c. De illis, l. 1. infra de despons. impub. cum concordant cum sit contractus ultra citroque obligatorius c. Vnico, Idem quoque ibi. Per dictum tamen contractum, eod. tit. lib. 6. Et ideo in d. l. 1. ff. de sponsal. distinguuntur esse mentio, & re-promissio (id est reciproca promissio futurarum nuptiarum. Sed ex oblatione parentum filius impubes, licet consentiat, nullam contrahit obligationem, nec religioni alligatur etiam infra annos pubertatis, sed tantum prohibetur exire ob defectum discretionis, & iudicii, ut in cap. 2. supra eod. & notat hic Cardinal. num. 3. vers. Opponit, & ipsemet Abb. n. 6. in glo. in ver. Paterna devotio. Et consensus oblati ante annos discretionis non tenet, ut dicit gloss. in Summ. 20. q. 1.

43 Denum sponsalia ob eandem rationem reciproce promissionis, & pacti ad sui substantiam necessariò exigunt consensum contractuentium, licet impuberum, cap. Ex parte, supra de rescript. spoli. art. dicit cap. un. §. fin. & l. Si puella, ff. de sponsal. Feder. de Sen. conf. 154. In delictis matrimonialibus, in princ. Ideoque contracta ab infantibus nulla sunt ex defectu consensus, iudic. ut nec pantiat impedimentum publicæ honestatis, ut est textus in d. c. Vnico, in princ. de despons. impuber. lib. 6. in cap. Vnico, in princ. junctâ gloss. in ver. Consensus, de sponsal. eod. lib. & in dicit. cap. Litteras. Plenè Gemina. conf. 24. Quia diffuse, num. 1. usque in finem, nisi puella sit prope septennium, & appareat in ipsa tantum animi affectus, ut intellectus suppleat ætatem, ut notabiliter scripsit Balz. conf. 41. Matrimonium debent esse libera, lib. 4. Sed oblatio non requirit necessariò consensum oblati; & ideo infans quamvis careat consensu, & usurionis, d. cap. Litteras, & Clem. 1. Euriolus, cum gloss. in ver. Infans, de homicid. tamen bene potest tradi religioni à parentibus, cap. Ad illud, 20. q. 1. & cap. fin. & ibi gloss. infra de Intrare, de tempor. ordim. lib. 6. Nam textus dicit: Nullus Episcopus infanti, nisi forte religionem intraret, clericalem præsumat conferre tonsuram. Et glossa dicit: Ergo minor septem annis potest religionem intrare, quod verum est saltem per oblationem parentum, vel tu-

corum; & illam gloss. sequitur ibi Jo. Andr. circa fin. in gloss. 3. Gemin. in ead. gloss. & Anchar. num. 1. in 1. notat. Ex quibus arbitror non procedere illusionem Abbatis; Parentes non possunt contrahere sponsalia pro filiis impuberibus nisi consentiant: Ergo non possunt eos non consentientes religioni offerre. Facit quod not. Innoc. in cap. 2. vers. Et non obstat, supra eod. ubi dicit, facilius per alias leviores præsumptiones præsumi quem fieri Monachum, quam conjugem. Et hæc posterior opinio de jure verior videtur, cui etiam valde suffragatur decretum Concilii Tridentini in cap. 18. sess. 25. de Regular. ponderatum ut supra n. 18. & seq. Licet DD. videantur contrarie sententiae frequentiori calculo adherere.

45 Successivè QUÆRO, An expedit pueros religioni tradere? Doctores non conveniunt. Divus Thomas in 2. 2. quæst. 189. art. 5. & quæst. 30. art. 11. quem sequuntur Expositores, & Turrec. in Summa, 20. q. 1. num. 1. concludit expediens esse, & fructuosum pueros infra annos pubertatis in religione recipi. Primò quia illud quod à pueritia apprehendimus perfectius, & firmius tenemus, secundum illud Proverb. 22. Adolescentis iuxta viam suam etiam cum senexerit non recedet ab ea. Et communiter dicitur, Quod nova testa capis, inveterata sapit. Ad hoc cap. Ex studijs, & cap. Cum juvenute, & ibi gloss. in ver. Frequentius, de præsumption. Unde dicitur Threnor. 3. Bonum est viro, cum propter iugum ab adolescentia sua, Secundò quia Matth. 19. dicitur Sinite parvulos venire ad me Tertio, Apostolorum exemplo, qui instituerunt ut pueri, & infantes ad Christianam Religionem reciperentur, ut in ea nutriti, firmius, & perfectius eidem inhaerent, ut testatur Dionys. cap. ult. Ecclesiast. Hierach. Quarto, exemplo B. Benedicti, cui, ut Gregorius inquit, 2. Dialogor. in fin. Romani, & nobiles dabant suos filios nutriendos omnipotenti Domino. Cui addi potest exemplum Samuelis, quem Anna puerum natum, & ablatum Deo cum pietate obtulit, qui & in ministerio Templi, quo à matre fuerat deputatus, permansit, & ubi constitutus est, deseravit, ut refertur in c. Quicumque, 20. q. 1. Ad idem iuxta exempla Jo. Baptistæ, Lucæ 1. S. Antonii, S. Hilarii, S. Pauli, primi Eremitæ, S. Mauri, & S. Pacidi, Venerabilis Bedæ, & ipsiusmet D. Thomæ quintum aëum agentis, ut in Breviario Romano.

Et pro hac sententia stat auctoritas Basilii in questionibus diffusè explicatis, quæst. 15. ubi disputat qua ætate quis recipiendus sit in monasterium; & determinat, recipiendos esse pueros in prima ætate, quos multis adhibitis circumstantiis præscribit educandos; ductus ea præcipua ratione, quia dum adhuc anima tenera est, & facile formari potest, nec prava consuetudine effi corrupta, statim, & ab initio ad bonorum exercitationem induci oportet. Consequitur enim dicitur altera natura, &c. Ad hoc Concil. Trident. in cap. 18. in princ. sess. 23. ubi ad adolescentiam ætas, nisi rectè instituat, dicitur prona ad mundi voluptates sequendas, ita ut nisi à teneris annis ad pietatem, & religionem informetur antequam vitiorum habitus totos homines possideat, nunquam perfecte, ac sine maximo ac singulari prope modum Dei omnipotentis auxilio in disciplina ecclesiastica perseveret. Sed & Hieronymus in epist. ad Eustochium, refert suo tempore in cenobitis suis

40 nis declarat textus hic, & not. gloss. fin. in cap. Ad illud, c. ad cas. & quæst. Et ita etiam intelliguntur jura, quæ dicunt, Voluntarium militem diligit Deus, cap. Non est, 15. q. 1. quia satis inutile est, ut coacta servitia Domino præstentur, cap. Illud, 20. quæst. 1. quia quod non petunt, non observant Ideoque tales considerandi sunt potius peccata committere, quam plangere, ut dicitur in c. Præcedenti, & alia id genus: habent enim locum in adultis dumtaxat, non autem in constitutis infra annos discretionis, ut declarat Gratian. in §. Cum ergo, post d. cap. Puella.

41 Item non obitat motivum Abbatis ex sponsalibus, ut supra deductum, quoniam sponsalia sunt futurarum nuptiarum præmissa, c. Nuptiarum, 30. q. 5. gloss. 1. in cap. fin. supra de translat. Episc. vel promissio de matrimonio contractum secundum Innoc. in cap. Ex parte, in ver. Habituram, infra de sponsal. & Bald. in leg. 1. in lectura antiqua in princ. ff. eod. At oblatio non est promissio futuræ professionis. Ergo non habet oblatio ad professionem, sicut sponsalia ad matrimonium, ut Abbas dicit.

42 Præterea impubes ex sponsalibus obligatur infra annos pubertatis, c. Litteras, c. Accessit, & c. De illis, l. 1. infra de despons. impub. cum concordant cum sit contractus ultra citroque obligatorius c. Vnico, Idem quoque ibi. Per dictum tamen contractum, eod. tit. lib. 6. Et ideo in d. l. 1. ff. de sponsal. distinguuntur esse mentio, & re-promissio (id est reciproca promissio futurarum nuptiarum. Sed ex oblatione parentum filius impubes, licet consentiat, nullam contrahit obligationem, nec religioni alligatur etiam infra annos pubertatis, sed tantum prohibetur exire ob defectum discretionis, & iudicii, ut in cap. 2. supra eod. & notat hic Cardinal. num. 3. vers. Opponit, & ipsemet Abb. n. 6. in glo. in ver. Paterna devotio. Et consensus oblati ante annos discretionis non tenet, ut dicit gloss. in Summ. 20. q. 1.

43 Denum sponsalia ob eandem rationem reciproce promissionis, & pacti ad sui substantiam necessariò exigunt consensum contractuentium, licet impuberum, cap. Ex parte, supra de rescript. spoli. art. dicit cap. un. §. fin. & l. Si puella, ff. de sponsal. Feder. de Sen. conf. 154. In delictis matrimonialibus, in princ. Ideoque contracta ab infantibus nulla sunt ex defectu consensus, iudic. ut nec pantiat impedimentum publicæ honestatis, ut est textus in d. c. Vnico, in princ. de despons. impuber. lib. 6. in cap. Vnico, in princ. junctâ gloss. in ver. Consensus, de sponsal. eod. lib. & in dicit. cap. Litteras. Plenè Gemina. conf. 24. Quia diffuse, num. 1. usque in finem, nisi puella sit prope septennium, & appareat in ipsa tantum animi affectus, ut intellectus suppleat ætatem, ut notabiliter scripsit Balz. conf. 41. Matrimonium debent esse libera, lib. 4. Sed oblatio non requirit necessariò consensum oblati; & ideo infans quamvis careat consensu, & usurionis, d. cap. Litteras, & Clem. 1. Euriolus, cum gloss. in ver. Infans, de homicid. tamen bene potest tradi religioni à parentibus, cap. Ad illud, 20. q. 1. & cap. fin. & ibi gloss. infra de Intrare, de tempor. ordim. lib. 6. Nam textus dicit: Nullus Episcopus infanti, nisi forte religionem intraret, clericalem præsumat conferre tonsuram. Et glossa dicit: Ergo minor septem annis potest religionem intrare, quod verum est saltem per oblationem parentum, vel tu-

corum; & illam gloss. sequitur ibi Jo. Andr. circa fin. in gloss. 3. Gemin. in ead. gloss. & Anchar. num. 1. in 1. notat. Ex quibus arbitror non procedere illusionem Abbatis; Parentes non possunt contrahere sponsalia pro filiis impuberibus nisi consentiant: Ergo non possunt eos non consentientes religioni offerre. Facit quod not. Innoc. in cap. 2. vers. Et non obstat, supra eod. ubi dicit, facilius per alias leviores præsumptiones præsumi quem fieri Monachum, quam conjugem. Et hæc posterior opinio de jure verior videtur, cui etiam valde suffragatur decretum Concilii Tridentini in cap. 18. sess. 25. de Regular. ponderatum ut supra n. 18. & seq. Licet DD. videantur contrarie sententiae frequentiori calculo adherere.

45 Successivè QUÆRO, An expedit pueros religioni tradere? Doctores non conveniunt. Divus Thomas in 2. 2. quæst. 189. art. 5. & quæst. 30. art. 11. quem sequuntur Expositores, & Turrec. in Summa, 20. q. 1. num. 1. concludit expediens esse, & fructuosum pueros infra annos pubertatis in religione recipi. Primò quia illud quod à pueritia apprehendimus perfectius, & firmius tenemus, secundum illud Proverb. 22. Adolescentis iuxta viam suam etiam cum senexerit non recedet ab ea. Et communiter dicitur, Quod nova testa capis, inveterata sapit. Ad hoc cap. Ex studijs, & cap. Cum juvenute, & ibi gloss. in ver. Frequentius, de præsumption. Unde dicitur Threnor. 3. Bonum est viro, cum propter iugum ab adolescentia sua, Secundò quia Matth. 19. dicitur Sinite parvulos venire ad me Tertio, Apostolorum exemplo, qui instituerunt ut pueri, & infantes ad Christianam Religionem reciperentur, ut in ea nutriti, firmius, & perfectius eidem inhaerent, ut testatur Dionys. cap. ult. Ecclesiast. Hierach. Quarto, exemplo B. Benedicti, cui, ut Gregorius inquit, 2. Dialogor. in fin. Romani, & nobiles dabant suos filios nutriendos omnipotenti Domino. Cui addi potest exemplum Samuelis, quem Anna puerum natum, & ablatum Deo cum pietate obtulit, qui & in ministerio Templi, quo à matre fuerat deputatus, permansit, & ubi constitutus est, deseravit, ut refertur in c. Quicumque, 20. q. 1. Ad idem iuxta exempla Jo. Baptistæ, Lucæ 1. S. Antonii, S. Hilarii, S. Pauli, primi Eremitæ, S. Mauri, & S. Pacidi, Venerabilis Bedæ, & ipsiusmet D. Thomæ quintum aëum agentis, ut in Breviario Romano.

Et pro hac sententia stat auctoritas Basilii in questionibus diffusè explicatis, quæst. 15. ubi disputat qua ætate quis recipiendus sit in monasterium; & determinat, recipiendos esse pueros in prima ætate, quos multis adhibitis circumstantiis præscribit educandos; ductus ea præcipua ratione, quia dum adhuc anima tenera est, & facile formari potest, nec prava consuetudine effi corrupta, statim, & ab initio ad bonorum exercitationem induci oportet. Consequitur enim dicitur altera natura, &c. Ad hoc Concil. Trident. in cap. 18. in princ. sess. 23. ubi ad adolescentiam ætas, nisi rectè instituat, dicitur prona ad mundi voluptates sequendas, ita ut nisi à teneris annis ad pietatem, & religionem informetur antequam vitiorum habitus totos homines possideat, nunquam perfecte, ac sine maximo ac singulari prope modum Dei omnipotentis auxilio in disciplina ecclesiastica perseveret. Sed & Hieronymus in epist. ad Eustochium, refert suo tempore in cenobitis suis

fuisse omnes aetates, pueros, viros, & senes. Et Ambros. 2. de Virginit. concludit: Non ergo aetas recipitur florentior, sed animus examinatur, nec mirere in adolescentibus professionem, cum legeris in parvulis passionem. Et ex recentioribus Theologis Leonardus Lessius in opusculo de stat. vita deligen. q. 2. n. 16. testatur in multis ordinibus etiam pueros recipi; idque jam a mille, & amplius annis servatum esse, & n. 20. firmat non solum esse expediens, & salutare ut litatum post, sed etiam ut ante pubertatem religioni tradantur.

Ceterum negant expedire S. Antonin. 3. par. tit. 16. c. 2. §. 4. quia, inquit, corpora, & merita nostra defecerunt, cap. Et aeternitatis, 34. distin. & sic servant Religiones fere omnes: coguntur enim multas venire medicinas multorum experientia maiorum, cap. Ut constitueretur, 50. distin. & consentit Sylvest. in ver. Religio, 2. q. 2. & ex Modern. Rodric. quib. regular. tom. 3. q. 12. art. 1. ubi testatur hanc opinionem approbata. & expertis in religione viris magis receptam esse, & citat Navarr. Comment. 3. de Regular. in cap. Nulli, n. 38. l. 8. q. 2. Ego in hac materia nihil audeo pronunciare, sed expertis in religione viris hoc djdicandum relinquo: nam etsi per se loquedo rationes propositae admodum urgeant; contra tamen multum habet ponderis quod Divus Antonin. & Sylvest. ambo ex Ordine Praedicatorum, & doctrinae D. Thomae alioquin tenacissimi, in hoc articulo inspecta posteriorum temporum conditione, aliter senserunt. Et Sylvest. dicit experientiam docuisse hoc non expedire, testaturque absolute, ita servare omnes Religiones, & allegat Archid. Sed & illud est notatu dignum quod ad petitionem Generalis Clericorum Regularium Theatinorum die 16. Julii 1632. S. Congregatio Episcoporum, & Regularium negotiis, & consultationibus praeposita interdixit, ne deinceps in eorum religione quisquam ad habitum regularem reciperetur ante annum decimum quintum inchoatum, ipsisque nuper postulantibus ut hujusmodi prohibitio relaxaretur, S. Congreg. abnuvit die 5. Julii 1641. Et similem prohibitionem fecit Religioni Ministrantium infirmis, cum quibus etiam meo tempore noluit dispensare ut puerum quemdam bonae indolis ante annum decimum quintum reciperent. Et in facultatibus vestienti novitios quae a S. Congreg. regularibus conceduntur, non obstante prohibitione iisdem facta occasione pestis, semper consuevit apponi clausula, Dummodo recipiendi saltem attingant annum aetatis decimum quintum. Praeterea ubique hodie instituta sunt Seminaria, & Collegia pro pueris educandis, quorum pleraque a Religiosis reguntur. Unde non subest amplius illa necessitas, quae olim vivebat nutriendi pueros in Coenobiis, & monasteriis. Generali tamen decreto non videtur hoc prohibendum triplici consideratione. Prima consideratio est, quod cum Pius V. constituisset novitios in religionem non esse recipiendos nisi post decimum octavum annum, aliqui Procuratores Ordinis conquesti sunt apud Sanctitatem suam, quod id tenderet in grave religionis praedictum. Sanctissimus rem ad Congr. Conc. rejecit. Congregatio censuit omnino temperandam Pij V. constitutionem dum praenotatam aetatem octodecim annorum rationibus adductis in schedulis Procuratorum Ordinum. Quibus autem modis temperanda esset, valde dissentium.

47

Alii, & major pars censuerunt permittendos aetate, qua solebant recipi ante dictam Constitutionem ex institutis ipsorum ordinum; quia a teneris magis affuecunt bonis moribus, & litteris, & S. Thom. 2. 2. non improbat accipi pueros ex regula S. Benedicti. Aliqui vero exilimarunt aetatem praefinitam quindecim annorum, quae videtur magis conformis Concilio. Audiendos tamen Procuratores regularium. Secunda consideratio est; quia Clemens VIII. in Decreto generalibus de regular. reformat. a S. D. N. innovatis hac in re nihil novi statuit; quin potius decrevit ut quisque recipiendus in aliquo ordine regulari, etiam Mendicantium in ea sit aetate constitutus, quam ejus Ordinis, in quo recipitur, regularia instituta, & ordinationes requirunt. Tertia consideratio est ne hinc praebatur ansa haeretis magis detrahendi religionibus: nam Lutherani in confessione Augustana, art. 27. reprehendunt ecclesiam ex eo quod permittantur fieri religiosi & alii haeretici plurima convicia proferentes in Seminaria, & Collegia in quibus educantur pueri, passim a Catholicis scriptoribus confutantur: Longe autem minus esset innovandum, quoad Religionem Clericorum Societatis Jesu. Quoniam Sancta Tridentina Synodus in c. 16. r. Per haec tamen, sess. 25. de regular. quoad eos nihil duxit innovandum, aut prohibendum. Imo ipsorum plurimum institutum

48 expresse praeservavit. Ad extremum in hac materia observanda sunt verba Cajetani in 2. 2. d. q. 189. art. 5. Ait enim: [In illis locis expedit puero in Religione dari, in quibus optandum est, ut similes hant illis, quorum consortio dantur, ubi autem persona, quarum consortio dantur reproba, aut devia a regularibus sunt instituta, magna dementia est dare illis pueros, aut puellas nutriendas. Et hic error hodie in multis viget locis, dum dantur pueri, & puellae monasteriis religiosorum, seu religiosarum vitae communis, qui vulgo Conventuales, seu Claustrales appellantur. Quo fit ut reformandi nunquam reformari possint, dum transgressores vitae regularis continue nutriuntur ac augentur. Unde sanciri debet, ut nullus puer, nulla puella possit Religioni tradi, nisi ubi vere vivitur regulariter. Sic enim aut extingueretur irregulariter viventes, aut reformarentur vexatione dante eis intellectum.] Hae Cajetanus. Cujus consilio valde affine est quod fecit Clemens VIII. in decretis ad regularium reformationem editis. In singulis enim religionibus, aliquibus tantum exceptis, designavit aliquot Conventus regularis observantiae. Et initio tanquam basem, & fundamentum reformationis praemisit duo decreta, quibus ferid interdixit, ne quis deinceps ad habitum vel professionem reciperetur, nisi in Conventibus ut praefertur designatis, vel in posterum designandis per litteras in forma brevis sub pena nullitatis receptionis, & professionis inde sequuta, voluitque ut sic recepti in eisdem Conventibus aetate probationis peragerent, & post professionem per aliquot annos detinerentur in professoris. Verum ex his decretis non profusus prodiit fructus, qui sperabatur: nam etsi novitii primò in conventibus sic designatis, ac deinde in professoris in regulari disciplina probe instituantur; tamen postea inde exeuntes, & ad alia monasteria laxioris observantiae demigrantes in communes aliorum religiosorum abusum, & relaxationes recidunt; atque ita

49

50 Reli-

Religio nunquam penitus reformatur, adeo ut propterea idem Clemens quamvis in id opus perficiendum zelo sanctae reformationis diu multumque infusus veris; tamen postremo libere factumque fuerit se in eo negotio animum despondisse, prout ex ore illius se audivisse nobis semel retulit bonae mem. Cardinalis Gypsius.

50 Potrò in ordine FF. Minorum de Observantia S. Francisci paulo post initium Pontificatus S. D. N. Urbani VIII. ordinatum fuit ut de cetero non admitterentur novitii in provinciis cis montanae familiae, & Fratribus ad certum numerum decedentibus illorum conventus traderentur Fratribus Reformatis, seu strictioris observantiae ejusdem ordinis, a quibus tantum reciperentur Novitii, & in hujusmodi prohibitione multos annos perduratum est; & utinam paulo diutius perseveratum fuisset: nam ubi numerus fratrum reformationis multum excrevisset, pauci in familia superstitis deposita jam spe vestienti Novitios, & majores dignitates assequendi, scilicet ad reformationem transissent. Atque ita nulla esset in Religione divisio, vel scissura, sed tota ad primum institutum, & regula puritatem redacta fuisset. Verum fratribus reformationem pollicentibus tandem oportuit illis ad vestiendos novitios aditum aperire. Docuerunt enim ordinariorum attestantibus se adimplevisse condiciones sibi praescriptas, & legatis a Curia Episcopali-vicis sollemniter renunciasse. Et sic tributa fuit illis licentia vestiendi usque ad certum numerum in singulis provinciis praefinitum. Nobis tamen quantum per modestiam licuit semper reluctans; prout haec omnia plenus continetur in Decreto de super editis, ut videre est in Bullario tom. 4. pag. 333. & notavi in c. Nihil pravum, n. 55. & segg. infra de Excess. Praetor. Memini etiam Regem Christianissimum superioribus annis supplicasse S. D. Nati in Regno Galliae de cetero non vestirentur Novitii nisi in Religionibus, in quibus vere servatur regularis disciplina, juxta primivum institutum, quod tamen etsi sanctissimum foret; nihilominus non condere, quam conditam protinus abrogare. Multo securius, & fructuosius haec praestari possent in generali Concilio, quemadmodum factum legitimus in Concilio Lugdunensi sub Gregorio X. ut patet in c. Nicosae de relig. domib. lib. 5.

52

DE REGVLARIBVS.

Cap. Porrectum.

S V M M A R I V M.

- 1 Professio facta sine susceptione habitus Religionis valida est, & n. 17.
2 Votum profertendi, & professio in quibus differant, & n. segg. usque ad n. 9.
3 Votum profertendi habet conditionem subintellectam, si recipiatur ab Abbate.
4 Votum profertendi non est saeculae, nec dirimit matrimonium post contractum.
5 Votens ingredi Religionem etiam in genere cogi potest, & debet intrare aliquam de approbata.

- 6 Professio est votum de praesenti, quod diem aut conditionem non recipit.
7 Et est saeculae, quod impedit matrimonium contrahendum, & dirimit postea contractum.
8 Professio in manu eius qui non habet potestatem recipiendi, non est Monachus ante ratificationem Abbatum.
9 Professionem non impedit infirmitas corporum, sed animi.
10 Professio quamvis in scriptis fieri debeat, tamen ad sui validitatem non exigit scripturam.
11 Habitus non facit Monachum, sed professio regulari.
12 Et quid in habitu professionis, & n. segg.
13 Habitus portans diu extra monasterium non censetur rati profertendi.
14 Habitus professorum suscipiens in ingressu Religionis an infra triiduum sit professus.
15 Professio rati per susceptionem habitus professorum infra annum probationis huius non imminuitur etiam in ordinibus non mendicantium.
16 Ingressus monasterii, & habitus Religionis de iure communium non sunt de substantialibus Monachatus, secus ex Concilio Tridentino.
17 Professio non obligatur etiam ex simplici voto, nec valet professio nisi recipiatur ab habente potestatem incorporandi religioni.
18 Professio est contractus ultro citroque obligatorius inter profertentem, & monasterium.
19 Et inter eos est quasi matrimonium spirituale.
20 Baptizare seipsum nemo potest, aut sibi ipsi beneficium conferre.
21 Professio regularis quam possit recipere, & n. segg. usque ad n. 30.
22 Quis in Abbate, vel Abbatissa, ibidem, & n. 28. & segg.
23 Et quid in Episcopo, & n. segg. usque ad n. 32.
24 Et quid in Archidiacono, Plebano, & alijs inferioribus Praelatis.
25 Votum non determinatur ad certam religionem a Sede Apostolica approbatam non potest dici saeculae.
26 Novitatus fieri debet intra monasterii claustra.
27 Episcopus regularis potest Monachos sibi subditos ad professionem admittere Idem in Episcopo Ecclesia regulari, cui monasteria ita sunt subiecta, ut ad eum spectet receptio Monachorum, vel Monialium.
28 Episcopus negligens Abbatissa an possit Moniales creare si monasterium abundet, & Monialium desertum pariter, & n. segg.
29 Ad Episcopum non spectat supplere negligentiam Monialium exemptarum, sed ad eorum Superiores, vel ad Sedem Apostolicam.
30 Monialium receptio etiam in monasteriis non exemptis non pertinet ad Episcopum, sed ad Abbatissam, & maiorem partem Conventus.
31 Nec potest Episcopus eis praecipere, ut certam personam recipiant. ibidem, & n. segg.
32 Abbatissa an possit Novitias recipere sine suorum Praelatorum licentia.
33 Professio receptio a superioris aetate dependet.